IVSTITIA BRITANNICA:

PER QVAM LIQVET PERSPICVE, ALIQVOT IN EO REGNO PERDITOS CIVES, SEDITIONIS ET ARMORVM ciuilium authores, regniq; hostium propugnatores acerrimos, vt communi Ecclesiæ Reiq; publicæ paci, cautius prospiceretur, morte mulctatos esse: propter RELIGIONEM verò, aut cærimonias Romanas, neminem in capitis discrimen vocatum: licèt ab aduersariis multò, & admodum malitiosè publicetur.

Perscriptum primò in nostrate lingua, deinde versum in Latinam.

LONDINI,
Excudebat Thomas Vautroullerius, Anno MD LXXXIIII. Anno regni Reginæ Elizabethæ XXVI. mense Martio.

IVSTITIA BRITANNICA:

PER QVAM LIQVET PERSPICUÈ aliquot in Anglia perditos ciues, propter turpes PRODITIONES *morte mulctatos esse: propter* RELIGIONEM *verò aut ceremonias Romanas neminem.*

SEMPER hoc fuit in omnium nationum atque gentiũ more positum, iam inde ab vltimis ductum perditorum ciuiũ temporibus, vt si qui turpiter contaminassent vitam, aut sceleribus se grauioribus obstrinxissent, ijdem fœdissimis flagitiis & sordibus suis, falsa virtutum & rectè factorum nomina imponerẽt: tum vt viam cõtra vindictam omnem & dedecus certam atq; facilem sibi munirent, tum vt conatus suos impios ceptaq; scelerata, ad eos, quos optarãt, exitus, liberius perferrẽt. Qui mos cùm in omnibus peccantibus pe-

Scelerati obijciũt semper fucos criminibus suis.

Perduelles in tegendis flagitiis suis perniciosissimi artifices.

riculosè admodum inualescit, tum summo maximoq; cũ periculo retinetur in ijs, qui contra principum suorũ Maiestatem, cõtra focos & aras, contra ceremonias & religiones, & vt vno verbo cõplectar, contra dulcissimã patriam inexpiabiles fraudes nefariè conceperint. Cuius quidem generis, recentibus ijs tẽporibus, incredibilem quandã sementẽ tam in *Anglia* ipsa, quàm in *Hybernia*, fecerunt perditissimi latrones, ciues domestici, nati in gremio atq; in viscera eiusdẽ nobiscũ cõmunis patriæ, qui tamen cùm aliquot iam annos aduersus augustissimã, inunctamq; reginã suam *Elizabetham*, obseruanter se demisseq; gessissent, subitò inopinatoq;, malis ducibus & autorib. rapti, & tanquã turbine nescio quo ablati, primò iam antea in *Anglia*, tũ pòst itẽ nuper in *Hybernia* teterrimè cõspirarunt, contra omne fas atq; nefas, in sacratissimã Principem suã, & cõmunem patriã, sumtis armis, ductis in aciẽ copiis, expansis impiè signis & velis, aspersis omnis generis mendaciis, funestissimisq; habitis concionib. quibus imperitam plebẽ, rerum nouarũ cupidã, itemq; in perniciem suã facilè ruentẽ, ad partes sectamq; suã, callidè & versutè adiungerent. Licetq;

Cõiuratio tã in Anglia, quàm Hybernia.

nihil

nihil sit notius, nihil expressius, nihilq; testatius, quàm nõ solùm consilia, sed & acta resq; suas gestas omnes eò erupisse, vt deposita atq; dispoliata regno suo legitima hę rede, & potẽtissima Principe, aliquẽ alium, quod in eorũ votis iãdiu fuit, eiusdẽ loco & Principatui sceleratissimè sufficerent, in quo ipso, nisi prudenter & expeditè tot tantisq; sceleribus simul occursum fuisset, omnia iã iãq; redũdassent sanguine, pluresq; fideles et innocẽtes ciues, iustissima in causa, indignissimè cecidissent: Deus tamẽ ipse ille Maiestatis suæ perennis custos, victoriã pro summa clemẽtia sua, tã facilẽ, tamq; insignem prębuit, vt puncto ferè temporis, omnia consopirentur. Exemplũ cælestis iustitiæ, ad omnẽ posteritatẽ memorabile. In tã illustri igitur exemplo, ne quid seuerè nimis fieret, aliquot insignes prædonũ capite mulctati, pœnas iustas luerunt: nonnullis, quòd perfidiã suã cũ gemitu profiterentur, turpissimamq; coniurationẽ suã detexerẽt, vita est cũ fortunis omnibus simul remissa. Reliqui verò, ijq; ex principibus pauci, elapsi ex acie, trãsmarina regna, & libera territoria petiuerũt, strumę ipsæ, atq; funera patriæ suæ teterrima. Vbi cùm minus expedi-

Rebelles fusi.

Quidam rebelles trãsmarina regna petunt.

ret ijs, cauſam ſuã ita vt erat, profiteri, quod omnibus regibus, omnib. populis, cũctisq; gentib. ingratũ ſit ipſum defectionis &, pditionis nomen, multa affinxerũt tetra & probroſa, quib. regũ nõnullorum, principũ itẽ, maximarumq; ciuitatũ aures implerẽt, pelli ſe à patriis ſedib. à cõiugibus, & liberis ablegari, omnia ſibi ſuisq; eripi religionis cultusq; diuini cauſa. In primisq; Põtifici Romano hæc inſuſurrantur, vulgatiore verbo Papæ dicto, à quo in hæc ſcelera primũ impellebantur, omnia in ſe cõiecta hæc mala, quòd ſanctitatis illius partib. fauerẽt, quòd eius ſectæ adhæreſcerent, quòd iuriſdictionẽ ipſius, autoritatem & regnum tuerentur. Cùm tamen ante hanc cõſpirationem, huius ſectæ nõnulli, maximeq; ipſi Principes & autores cõiurationis, eũ vitæ curſum tenerẽt, quà ſtudiorũ, quà morũ, quà religionis forma, vt cum portẽtis illis Sardanapalo & Catilina vixiſſe potius familiariter, q̃ inter probatos & incorruptos iuſti regni ciues annumerãdi viderentur. Quos nihil attinet oẽs nominari. Paucos igitur vt curſus orationis meæ feret, breuiter intexã, ne oĩa acerbè nimis inſectari aut collegiſſe videar.

Rebelles ad tuendos ſe religionẽ prætexunt.

Principes coniuratorũ Carolus Neuellius.

Carolus Neuellius cũ huius latrocinij principibus

cipib. aufugit in trãſmarinas partes, ex nobili Weſtmerlãdienſi familia Heros, cinedus mollis, & p oẽm vitã turpis decoctor, primũ in ipſo ſceleris ſui apparatu iuſtiſſima Dei ſentẽtia trãsfixus, ereptis liberis, qui familię ſuæ nomen & decus tuerẽtur: itemq; exeſo nũc tandem vlcerib. ſicut à familiarib. ſuis fertur, corrupto & vitiato corpore, vt ne in inuidis quidẽ ſuis ſuperſit nũc quiſquã, qui peſtẽ illi aut vindictã acerbiorẽ, optare velit. Magna reip. labes, tã nobilẽ familiã quæ à Principibus ſuis antea nunquã defecerat, ad tã p̃broſum exitũ corruiſſe. Elabitur ex Hybernia, *Thomas Stuklius*, infame per totũ orbem prodigiũ, bellua perfida potius, q̃ homo, patriæq; ſuæ indigniſſima lues, primò fugiens ex Anglia, quòd piraticam frequenter fecerat: Tũ autem Hyberniã reliquerat quòd inexpiabilia quędã & verecũdis aurib. ne nominãda quidẽ ſuſcepiſſet: vterq; Princeps ſeditiõis author: domi alter: alter in Hybernia. Quæ cũ ita plana ſint iiſque veritatis notis & inſignib. impreſſa, nihil vt eorũ negari poſſit, hoc eſt, ijs morũ vitęq; ſordib. nõ ſolùm hos quos nominaui, vixiſſe, ſed & reliquos horũ ſcelerum, & rebellionis affines, placuit tamẽ Põtifici Ro-

VVeſtmerlandenſis Comes, & Thomas Stuclius.

mano, nõ eo impudẽtiæ genere, quo isti ꝑditi sunt vsi, in arcẽ huiꝰ causſę inuadere, ne corruptor fortassis publicę disciplinæ reliqs videretur Christianis principib. esse, quod in Pontificali nõ poterat hac autoritate sine summo dedecore fieri, sed aliò delabẽs versutè, vt sibi visus est, nodũ contexit genere ipso paulò turpiorẽ, locoq;, quem sibi assumit, planè indignũ. Inflat .n. sine fuco tubã suã, excitat nõ solùm perditos ciues, sed etiam innocentes, & simplices animat, vt turpis huius instituti iter quã primũ decurrãt, hoc est, vt arma & tela confestim capiant, vt in augustissimã Principem, & sanctissimam patriã, trãsmarinis cohortib. impressionẽ faciant, simulq; sine mora, vt ferro & igni vastẽt omnia. Quæ vt maturiùs ad exitus suos expedirentur, diplomata quædã & Bullas aliquot annos iam antea in oẽs horũ regnorũ partes transmiserat, vsitata fulmina, & tonitrua iurisdictionis suæ, quibus iniurioſissimè publicat & edicit, Augustissimã Principem nostram, eãdemq; inunctã, & sacratam ex prępotẽtis Dei beneficẽtia, Reginã, cũ multos iam annos, vt hęres legitima regalis huius solij, in eodẽ consedisset, regni tamẽ huius, & auitę hęreditatis Reginam

Bulla Pontificia in Augustissimã Angliæ Reginã.

nã omnino nõ esse. Mandans identidem in ijs Bullis, vnaq; execrationib. omnib. iniungẽs & præcipiẽs, vt oẽs horũ regnorũ ciues à Principe sua deficerẽt, spreta & contemta omni obseruãtia, ad quã, tam religiosis Sacramẽtis, & singularib. fidei sponsionibus, quàm naturę iure & ipsis incunabulorũ fascijs, obligarẽtur. Item q; nõ solùm vtriusq; regni ciues oẽs, qui in patriis tectis domi viuerẽt, sine exceptione, ad flagitiosam hanc defectionẽ incitãs, prodigioso hoc mãdato, & planè Antichristiano, omnibusq; legib. tã diuinis quã humanis repugnãte, nec cũ pastoritio illo suo munere & officio quoq; modo cõsentiente: sed etiã incendens fecẽ illã profligatã, & trans maria elapsam, quæ in ipsa ciuilis huius belli flamma hinc se eripuerat, simulq; quoscũq; alios, qui siue antea siue postea, patrias sedes turpib. de caussis reliquerãt, proditores, parricidas, veneficos, decoctores, literatos itẽ quosdã domi factiosos, omniaq; stomachantes, quòd in publicis gymnasijs supra fortunã & merita sua, extraordinariis dignitatib. nõ augerentur, exesos quosdã, fractos, & laceros mercatores, quosdam itẽ, ad serẽdas lites ac cõtentiones eruditos, at in obsequio obseruãtiaq; erga patriã & Principẽ suam admodũ

rebelles & inſciẽtes, qui tamen omnes diſpertitis inter ſe officijs, vt milites diſpoſiti in ſpeculis, ſic ad oẽs functiones & miniſteria facinorũ ſuorum ſolerter excubabãt. Alijs, tranſmarinam vim impiè contrahentibus: quibuſdã pecuniã ad alendã eandẽ vim parantib. multis, in Monarcharũ & maximorũ Regũ aures futiles & fallaces ſermones inſtillantib. quib. ad ferenda arma cõtra patriã, cõmunem ſuorũ parentem, inflãment: aliquot iã ad tollẽdã POTENTISSIMAM domeſticas inſidias ſtruentib. nonnullis, famoſos libellos, quib. iam plena ſunt omnia, ſine intermiſſione detexentibus, teterrimis deſcriptos verbis & venenoſiſſimis cõſperſos mendacijs. Quid quæritis? vt ſimul cõplectar, omnib. huc vnà incumbentib. Bullæ vt illæ ſacratæ, aqueis Bullis, à quib. mea quidem opinione nomen ſumſerũt leuiores, meræ nugæ & quiſquiliæ, vim, locũ & autoritatem ſuam Pontificiam obtinerent.

In tuenda bulla rebelliũ ſolertia.

His igitur ſtabilitis & fixis, cũ adhuc tamen nodi quidã interuenirent & impedimenta, ſic vt non poſſet maturè & facilè ad reliquum huius itineris decurri, q̃ quidam trãſmarinorum Principũ, pro ſumma prudẽtia & diuina iuſtitia ſua, ad tã prę̃cipitem

tamq̃

tamq; cruentã cauſſam minus adhuc propenderent: videte quæſo pro acumine hominũ inuidorũ verſutã ſolertiam, qui cùm in vinetis ſuis ociũ nõpoſſent ferre, Scholas erexerunt & Collegia hominũ literatorũ, quos *Seminarios*, id eſt, tanquã Seminatores dicebant, viros obfirmatos ad perniciem, peruigiles ad explẽda ſcelera ſua & exercitatos, itemq; in ſpargendis ſeditionũ venenis mirificos artifices, quos eoſdẽ, tãquam in ꝓuincias milites, ſic in omnes tã Angliæ quàm Hyberniæ partes admodũ cautè & diligenter diſpertiuerũt: alios, expletos Sacerdotes: multos, minoris ordinis *Seminarios*: quoſdã etiã, excellẽtioris gradus *Ieſuitas*: omnes ꝓſonatos, & à ꝓfeſſa diſciplina ſua, ne veſtis fortaſſe aut apparatus proderet, ſe, de induſtria & ex cõpoſito immutãtes, deletis ordinũ ſuorũ inſignib. & tanq̃ abſtructis infulis. Quibus tamen omnib. hoc fuit propoſitum, hoc inſtitutũ, vt tanq̃ agricolę diligentes & ſeminatores frugũ grana ſua, ſic & iſti Pontificis Romani feces & ſordes ſpargerent, cœras ſacratas, irreptitios Dei agnos, tanq̃ minorũ gentiũ Deos, myſtica grana, ſanctificata precatoria, ſupſtitioſam turpiũ rerum mercaturã & puerorũ iocu-

Seminaria ſcolæ inſtitutæ tanquam ſeditionũ nutrices.

Seminariorum clãdeſtinus ac ceſſus in regnum vt plebẽ ad defectionem ſollicitent.

laria ſæpe à multis deriſa: qua tamẽ mercatura non ſolùm vulgus inducerẽt in fœdã, & anilẽ ſuperſtitionẽ, ſed & ad probandas Bullas, cæteraq; illa confirmandi Pontificij iuris inſtrumenta attraherẽt, quib. ipſis, extraordinariã & nimis petulantẽ vſurpatam autoritatẽ ſuã in Monarchas, Reges, & Principes, cæterasq; poteſtates oẽs, Põtifex Romanus cõfirmare ſolet. Quib. pernicioſiſſimis inuẽtis, ita tamẽ perexiguo tẽpore, exulceratis quorundã cõſciẽtiis, profectũ eſt, vt niſi ꝑ ſumma prouidẽtia ſua, Deus Opt. Max. cõfeſtim reſtitiſſet, patefactis harũ ſuperſtitionũ ipſis fontib. neceſſe erat, nõ ſolũ tumultus horribiles, & motus ciuiles inſeq, ſed & Chriſtiani ſanguinis riuos quoſdã, cædesq; infinitas, ſine mora fieri. Quid .n. apertius eſt, q̃ tantum & tã perditũ numerũ, ijs iuuẽtis allectũ, & perductũ eò, vt Chyrographa & inſtrumenta Romana ꝑparet, non modò in animis ſecretò & tectè, ſed & in luce palã, reũ ꝑditionis tantiq; ſceleris, iã iamq; futurũ? productis in aciẽ virib. ſuis, quib. ſuperiores, ſi infeſtus caſus feciſſet, quid defuturũ putatis, vel ſceleris vel crudelitatis, vt oĩa, quod iãdiu in votis eſt, ad Romanũ Pontificẽ impiè transferrent?

Summus

Summus tamẽ & immortalis Deus, prę-potẽs ille omniũ rerũ administrator, cuius ditione ac numine, omnes Reges sedes suas & regna tuẽtur, & cuius vel leuissimo spiritu, proditiones & impij conatus omnes dissipãtur susceptа in tutelam humilima ANCILLA sua, tã propter ꝓbatos mores, quã quòd nomẽ Dei sui sacratum vero cultu in terris honoraret, duo illi dedit ad se muniendã præsidia, prudentiã, & authoritatẽ: illã, vt summotis insidijs sine mora, vigilanter se, & salutẽ suã defenderet: hãc, vt sumpta in hostes vindicta, in sua vita conseruãda regnare disceret. Itaq; dimissis in intimas regni partes nuncijs, extraxit è latebris suis, certos seditionis satores, quos ꝓduxit ad tribunal, quod est omniũ facinorũ vltimum euerriculũ, ibiq; iustis criminibus, & plena cõcione, accusauit: non religionis, nõ conscientiæ, non Pontificiæ Monarchiæ, quòd magis crebrò tamẽ quã verè fertur, sed læsæ Maiestatis, atq; impiæ proditionis, idq; ꝓuetustis statutis & legibus, supra ducentos annos *Eduardi* tertij tẽporibus rogatis, cùm nõ minus apud nos quàm in cæteris Christianis regnis Põtificis Romani vigeret authoritas, vti in iudiciorũ & curiæ formulis

Seminarij seditionis satores capti, & proditionis facti rei, & ex vetustis regni legibus morte mulctati

contrà hos reos pſcriptis, luculentè cõtinetur. Quibus itidẽ reis factis, atq; cõceptis iuratorũ ſacramẽtis legitimèc õdemnatis, veniamq; criminũ, quæ æquiſſimis cõditionib. & ad perpetuã Auguſtiſſimæ Reginæ memoriã delata eſt, pfractè recuſantibus, quòd in deſperatis inſtitutis ſuis obfirmatiores eſſent, in cuſtodias publicas à tribunali diuiſi ſunt, vt ſtatis tẽporib. & certis dieb. morerentur. Quod idẽ expletũ eſt, ſicut iudicũ ſentẽtiæ pſcripſerant. Sequebantur. n. infeſtiſſimũ Auguſtiſſimæ & regni noſtri hoſtem, Phalaridem illũ Romanũ, qui non modò facesomnes huius ciuilis belli vtroq; in regno inflãmauerat, ſed & in Hybernia cohortes ſuas, ſtipendio & cõgiario, ſub ſignis Romanis cõtra nos aluit, hoſtis vt nullus vrgere poſſet acerbiùs. Si qui tamẽ horũ ab errorib. ſuis pedẽretraxerãt, is fuit excellentiſſimæ Reginę animus, eaq; miſericordia, vt pœnã ſtatim remitteret, neminemq; mori cupet, niſi q obduratè ipſe ſe abijceret.

Quibuſdam condemnatis venia cõceſſa.

Genus igitur huius ſectæ, q, & quale ſit, etſi ex ijs, quæ dixi, pſpicitur, idẽ illud tamẽ ex his, qui adhuc latẽt, & in intima trãſmarinorũ regnorũ viſcera ſeſe abdiderũt, vt & à periculo q̃ lõgiſſimè abeſſent, & molirẽtur

item

item aliquid ſecuriùs, quod genus mali latè patet, pari in ſcelere, & fuſius & liquidius eluceſcet. Qui. n. grãdiores ſunt in illis, & autoritate pſtãt, ij iuniorũ nidus, cum pennis valent, excutiũt, mandantq; , vt in ditiones noſtras cõfeſtim inuolent, vt inchoata inſti tuta teneãt, hoc eſt, vt cõſopitas iã & in patriæ gremio ſepultas cõſpirationes veteres renouẽt, omniaq; perturbẽt, ac miſceãt, vt Bullarũ vires cõtra Principẽ & patriã ſuam cõfirmentur, muniãtur, & pro omni facultate ſua labãtes iã recolligãtur. Qui itidem, ſi in ijs partib. cõprehenſi, cogãtur aliquando conſiliorũ ſuorũ fontes ipſos aperire, tãquã agni ſimplices eodẽ relabuntur, tantũ ſe affirmantes attigiſſe negotij, quantũ ſibi à primorib. ſuis, quorum ſibi ab inſtitutis & legib. nõ liceret propter cõſcientię vim diſcedere, mandatũ eſſet. Id autem ab ijs ſibi negotiũ datũ eſſe, vt ſpretis omnium Regũ atq; nationũ mandatis & terrorib. irrepentem in hæc regna, vt vocãt, impietatẽ tollerent, vt collabentẽ religionem excitarent, vt errantis populi conſcientias inſtruerent, corrigerẽt, & quoad ſibi viſum eſſet, omnes in partes inflecterẽt. Genus reſpõſi, vt videtis, ſimplex & apertũ, cũ flexus tamẽ varios

Proditores trãſmarini ſeditioſos in regnũ immittunt.

habeat, nihilque sit à simplicitate alienius. Hic enim scopus, hęc consiliorũ suorũ meta est, q; crebris & manifestis indicijs constat, multitudinẽ & plebẽ, cum qua cõferre audẽt, vt suis partibus adiungãt, vt Romani Pontificis Bullis & authoritate nitãtur, eiq; in omnibus sine exceptione parentes, ab omni in Principẽ patriamq; fide & obseruãtia solutos se & liberos statuant: ijsdẽq; eiusdẽ Pontificis priuilegijs & mãdatis permissum esse cuilibet ciui, liberè & sine vllo cõsciẽtiæ aculeo, arma cõtra Augustissimam Principẽ, & sanctã patriã ferre, cùm à trãsmarinis socijs eò vocẽtur: itemq; vires suas cõiungere cũ ijs, si qui sint fortassis, qui decreuerint in hæc regna vim aut impetũ facere: qua etiã spe, vulgi & multitudinis animos iãdiu mirabiliter impleuerant. Perspicuum sit igitur, ne omnia differãtur, omnia horũ cõsilia & conatus eo dirigi, vt nõ solũ externis nos armis ac telis oppugnent, qua tamen peste viginti quatuor annos, vel nõ multò secus, regnũ hoc, memorabili exemplo, caruit, sed vt ciuile bellũ etiã & domesticũ inflãment, quo nihil miserius, nihil periculosius, nõ solũ ꝓpter exitus eorũ, qui sunt incerti, sed & ꝓpter vim, quę sine discrimine in

Trãsmarini proditores bellum tam externum quàmdo mesticũ instruũt.

ne in oēs intētatur, vſq; eò, vt nō magis victores q̄ victi q̄cq̄ inueniāt, quo ſe cōſolentur, aut in quo cū voluptate vlla acquieſcāt.

Quādo igitur hæc ſunt illa vulnera Reip. noſtræ, quæ neceſſe eſt fallaces hos ſpiritus & venenoſas viperas inſeq̄, ſi curſus daretur is, liberè vt correperent quò vellent, ſimulq; acerbitatis ſuæ virus ſine periculo euomerēt, vtcūq; cū deprehēdūtur, tanquā periculoſi hypocritæ conatus ſuos religiōis & pietatis vmbris obtegant, hęc inq̄, cū illa ſint vulnera quib. cōfeſtim mederi neceſſe eſt, expedit omnino, in primiſq; Reip. conducit, vt oēs Reip. ordines ſine mora ſe expediāt, in quo ipſo, tā Auguſtiſſimā Reginā, ꝓceres, cæterāq; nobilitatē cōplector, quā minores p̄ſides & magiſtratus, quibus ſeparatim poteſtas à Rep. data eſt, vt pacē ꝓcurēt in regnis & vt quietè viuatur, in quo genere, ita Principis noſtræ tēpora floruerūt, vt maiores ſuos oēs hac felicitate multū vicerit. Quæ cùm ita ſint, eò magis expedit, vt oborta nup fœda tēpeſtate, tanq̄ in publico incēdio, ſic oēs, ſine exceptione, huc incūbant, huc vires ſuas oēs, vt quiſq; autoritate valet, ſine mora cōferant, vt naſcentia hæc mala, dū tēpus fert, quibuſcūq; modis,

Monarcharum & regū munus præcipuum ſeditiones comprimere.

& pro omni acuminis ſui facultate ſupprimāt, & deſperatos hos tā ꝑditorū latronum conatus q̄ primùm frāgāt, adhibitis nō ſolū iuris & legū p̄ſidijs, ſed & exacuatis ēt ſi neceſſe erit, mucronib. & gladijs, vt labes hæc omnis & ſtruma publica prorſus deleatur.

Nam illud quidem in Principe, quàm eſt honorificum, quanti officij, quantæq; clementiæ plenum, viuere in Rep. ciues permultos, qui nō ſolùm in religionis cultuſq; diuini opinionib. à publicatis per totā Britannicam Eccleſiā ſcitis & legib. multum diſcrepent, ſed idem illud etiā vultu & oratione profitentur, qui tamen quod probati ſint ciues & officioſi, ſicq; in Principem & in patriā animati, vt in ijs tuēdis defendendiſq; nullū periculum vel ſumptum recuſent ſuū, ne ſi cōtra Romanū Pontificem acies inſtruenda eſſet, hæc à Principe Auguſtiſſima retributa merces illis eſt, vt nō ſolū liberet eos ab omni horū ſcelerū ſuſpiciōe, ſed & vlterius p̄miſerit, vt ex vetere modeſtia integrè ſe & incorruptè gerentes, ab omni inquiſitionis acerbitate liberi ſint et ſoluti, ſic vt nullus magiſtratuū in hoc infami ꝑditionis genere, negotiū illis vllū vel moleſtiam, aut velit, aut poſſit exhibere. Atq;

Nemo ſic animatus in patriam vt externis armis paratè reſiſtat, licet alienæ ſit religionis, incapitis iudiciū vnquam vocatus.

huius

huius quidē generis aliquot sunt & altioris gradus & ꝓbatioris vitæ, quàm fex illa fuit, in quā vis est nuper sumta, perilluſtres oēs, nec indigni, qui ad imortalē clementiſſimę Reginæ memoriā, huic etiā loco certū ad numerū intexātur. Horū ſummus & Princeps, tā propter geſtos honores, quàm propter reliquā vitam *Nicolaus Hethus* fuit, illuſtre modeſtiæ prudētiæq; exemplar, vnaq; excellenter eruditus, & Reginę *Mariæ* temporib. Eboracēſis Archiepiſcopus, ſimulq; in conſcientiæ Curia, quæ apud nos, Cancellaria, vulgato verbo dicitur, quæ honoratiſſimus itē in Rep. magiſtratus eſt, Iudex ſummus. Demortua verò Regina *Maria*, cum ꝑhenſis Reip. gubernaculis Auguſtiſſima Regina vt hęres regni ꝓxima ſucceſſe rat, idē *Hethus*, quòd eſſet ꝓbatis morib. & in officio viueret, veteres magiſtrat⁹ gratiā, opes, & quicquid habuit ꝑterea fortuiti boni, cū ſummo Principis fauore & ſtudio retinuit, prorſus in religione differēs, nec propterea tamē, vel honore, vel fortunis cōminutus. Qui tamē perexiguo poſt tempore, quod grauius fortaſſis cōmutationē tēporū ferret, magiſtrat⁹ ſuos oēs, cæteraq; illa honorū inſignia obſeruāter & gratè depoſuit,

Exépla indulgētiæ qua Regina Angliæ vſa eſt in quoſdā regni ſui ſubditos & viros primarios Pontificiæ religioni addictos

nulla iniecta foris vi, quo nihil est clarius, sed sponte sua, vti innotescit, & maximè liberè. Cui statim ab Augustissima, pro vetere clemẽtię suę more ꝑmissum est, vt in rusticatũ & agros suos quos secundis in rebus coemerat, se subduceret, vel pro arbitratu suo, vt quouis aliò se trãsferret, vbi reliquã ætatẽ ex animi sentẽtia literato in ocio cõsumeret, quod illi erat solũ viuere. Inquibus itidẽ multam ad ætatem vixit, prudenter, obseruãter & officiosè, nõ immemor earũ laudum in quibus florente ætate viguerat. Discedens tandẽ de hac vita, testamentum ꝑscripsit, agros illos legauit, & hæredes instituit, quibus itẽ ꝑmissum est, vt ex Testamẽti sententia liberè facileq; eosdẽ possiderent: exemplum memorabilis clementiæ, summiq; officij plenũ, nec in omnib. Reginæ *Mariæ* temporib. pari exẽplo æquatũ.

Polus itẽ erat Petriburgẽsis Pont. summæ modestiæ vir & raræ grauitatis, q. pari vsus Principis beneficio, in pari obseruantia, vitæq; innocẽtia, tanq̃ ex theatro, sic exijt è vita. *Cutbertũ Tonstallũ*, Dunelmẽsem, Pontificẽ nõ licet ꝑtermittere, hominẽ grauem, summeq; literatũ, multisq; honorũ insignibus tã foris, quàm domi clarũ, qui functus

æquo

æquo in principem officio, matura ætate, multaq; cũ laude deceſſit. Plures ſuperſunt huius gradus pontifices *Ioannes Vhitus*, & *Ouinus Ogletorpius*, ille Vintoniẽſis, hic Carleliẽſis, vterq; multi officij & ingenuis moribus. Hic item ea obſeruantia, tamque ardenti in principẽ ſtudio fuit, vt inungendæ cõſecrandæq; Maieſtatis ſuæ, tum, cùm in tẽpli Veſtmonaſterienſi coronata eſt, cura illi ſoli permiſſa ſit & cõceſſa. *Thomas Thurlbius & Thomas Vatſonus* non omittendi, ille *Elienſis*, hic *Lincolnienſis* pontifex, alter affabilior, alter moroſior, idemq; adhuc viuus. Fuit & in hoc numero *D. Turberuilius Exonienſis*, ingenuus quidẽ magis, quàm literatus pontifex, qui ad inflexã vixit ætatem in ſumma libertate, nec is magis quàm ordinis ſui oẽs, è quibus nemo capitalis eſt vnquã criminis factus reus, licèt cõtra recẽtes legitimeq; rogatas leges monarchiam Romani Põtificis ſimul omnes ꝓpugnarent & defenderẽt. *Ioannes Fecnamus* ijs adijciẽdus, Veſtmonaſteriẽſis Abbas, vir ad multos annos ſuauis & humanus. Aliquot etiã minorũ graduũ attexantur, *Ioãnes Boxolus Vindeſorienſis* decanus, modeſtiſſimis & ſuauiſſimis morib. multisq; literis tinctus. Paulinus

item Decanus *Henricus Tolus*, vehemẽs magis quã moderatus, vnaq; *Tho. Rainoldus* nõ illiteratus ſanè Exoniẽſis decanus. Omiſſis infinitis alijs, quicũ illuſtrib. defuncti eſſent in Eccleſia ſuis munerib. & dignitatib. multamq; autoritatẽ collegiſſent, ſpreto itẽ ab ijs per antegreſſam vitã omnẽ Romani Põtificis Principatu, quæ profitendi forma in *Mariano* regno cœpta eſt ab iis immutari, nullũ tamen ijs eſt capitalis rei crimẽ obiectũ, nec priuatis in reb. ſuis quicquã eſt imminutũ, aut detractũ. Exceptis ſolũ Eccleſiaſticis functionib. atq; dignitatib. quas ex ſancitis & promulgatis regni legib. obire recuſarunt. Maxima itẽ horũ pars, nõnulliq; alij, recepti in certorũ Pontificum familias, gratis alebantur & copioſè, ſummoq; cum ocio ac quiete animi vixerunt, tã ad deuitãdos ſumtus, quã ad cõtinuandũ prioris vitæ genus & formã. Nec ea his indulgẽtia & liberalitas erepta prius eſt, quam Bullę Romanę cœperunt publicũ regni ſtatũ diſturbare. Quibus, quoniã horũ quidã acerbius ſe & paratius imiſcuerãt, q̃ vel expediebat Reip. vel locis ſuis cõueniebat, ad magis firma & magis munita loca deportabantur, quo minus liceret tenebriõib. iſtis, et venenoſis

noſis emiſſariis pro more ſuo decurrere, hominib. flagitioſis & notis, ſimulq; ad cõcitãdos ciuiles tumultus deſcriptis, & ad immittẽdas in Remp. faces & tædas cõductis. De quibus ſanè periculis, Bullæ ipſæ eã inijciũt ſuſpicionem, vt planè dubitari non poſſit, quanta hæc tandem cũ miſericordia fiunt, cùm non modò in horũ quenquam vis ſit nulla intentata, ſed ne quæſtio quidẽ capitalis criminis vlla cuiquã obiecta, quò minus ad vltimas annorum metas perueniãt, quas illis natura deſcripſerit, ſi quidẽ obſeruãter ſe geſſerint, & in officio permãſerint. Atq; hoc in loco illud memorabile, nec obſeruatione indignũ, Principes horũ, maioremq; numerũ, potentiſſimi Regis, *Henrici* VIII. eiusq; filij *Eduardi* VI. temporib. vel cõcionando, vel ſcribẽdo, vel legendo, vel arguendo, vulgus, plebemq; inſtruxiſſe, nõ ſolùm vt cõtemnerent hãc pontificiã autoritatẽ, & ab illo dedecore ſe ſubtraherẽt, ſed & deteſtarẽtur etiã eandẽ & planè execrarentur. Ad quã etiã opinionẽ ſentẽtiamq;, cum voluntariis ſacramentis, ſanctisque fidei ſuæ ſponſionibus, ipſi ſe crebrò obſtrinxerant, tum inuictiſſimis ijs regibus authores erant, vt erepto Pontifici Romano hoc

Iidem & recentes pontificiæ monarchiæ fautores, & acerrimi eiuſdem antea hoſtes, vt ex variis eorum ſcriptis luculẽtẽ patet.

Principatus & prærogatiuæ titulo, ipſi ſe in terris, proximè poſt Chriſtũ, *Eccleſiæ capita*, ſcriptis & legib. ſuis publicarẽt. Quẽ itẽ prę-rogatiuæ titulũ auguſtiſſ. Principẽ noſtram ſibi aſſumſiſſe, ab hoſte impudẽter & falsò obijcitur: vt ex Curiatis legibus liquet, quas *Parlamentorũ acta*, vulgo dicimus, &, vt ab ipſo regni initio, in Maieſtat. ſuę ſtylo, omiſ-ſum eſſe cõſtat. Quæ vt liquidius intelligã-tur, ad eorũ vos libros & ſermones refero, quos ſcripſerunt multis voluminib. qui & nũc extant, tam Latina, quàm noſtrate lin-gua publicati, ad perpetuũ eorũ dedecus, & perennẽ infamiã, non modò ob variã mul-tiplicemq; ipſorum in diuinis rebus incon-ſtãtiã, ſed multo etiã magis, quod, quos ipſi erudierãt ad religionẽ, eos, acerbiſſimis pœ nis, grauiſſimisq; tormentis mulctarũt, vt, quò pręcipiendo deduxerãt, inde, frangen-do potius, quàm inflectendo, retraherẽt. O verſutam & fallacem nocendi rationem, & ipſi in ſanctũ ſpiritum peccato fere parem!

Permulti ciues diuitiis & patrimoniis potẽtes, & pontificiã re-

Nec illud eſt minus perſpicuum, multos non initiatos, hoc eſt, laici ordinis, vt vulgò loquimur, poſſeſſionib. & fũdis perdiuites, domi etiã & in municipiis ſuis illuſtres, ve-neficiis neſcio quib. ad põtificias partes at-tractos

tractos esse, cùm eorũ tamen nemo, ob tam robustã improbitatem, vel capitis, vel patrimonij, vel fortunarũ periculũ vllũ adierit. Quod satis est argumẽti, nõ quæri religiõis aut põtificis causas, quib. punirẽtur rei, cùm iam inde ab ipso Maiestatis suæ aditu in regnũ, his de causis nemo sit mortuus, licèt ab aduersariis secus multò publicetur. Cumq; nõ minus & illud cõstet etiã, huius ordinis nõnullos ad Põtificias partes ita se inflexisse, vt nõ recusent publicè in cõuenticulis, & apertè affirmare, Ecclesiæ totius, siue principatũ, siue monarchiã, siue primatũ, siue alio quouis nomine libet vti, vt nihil relinquatur erroris, vel suspicionis in verbo, soli Põtifici Romano, per totũ terrarũ orbẽ, expresso Dei verbo attribui: illiq; Ecclesiasticis in causis omnib. iurisdictionẽ Ecclesiasticã omnẽ soli permissam esse: itemq; augustiss. Reginæ minimè licere, in eos ciues, qui sunt ordinis Ecclesiastici, hoc est, qui sacris præsunt solemnibus, quoquo modo iurisdictionẽ suã regalẽ vt exerceat. Quæ opiniones cùm grauib. deuinciantur legũ pœnis, autoresq; earũ variis mulctis implicẽt, nihil tamen durius in hos hactenus consultũ est, neq; quisquã his de causis, vllo est vel

ligionẽ profitentes capitalib. criminibus prorsus intacti.

Propter pontificiã monarchiã nemo capitalis criminis factus reus.

læsæ Maiestatis crimine, vel capitis periculo irretitus: vt perspicuè intelligi possit, si excutiãtur crimina & iudicia eorũ, qui nuper mortui sunt, & iure cæsi, non eos cultus diuini, cęrimoniarũ, aut religionis reos factos esse, etsi nomen hoc pro tribunali sępius vrgebant, vt genus accusationis immutarent, & ventos colligerent multitudinis, sed hoc illis obiectum, intentatum, & probatũ esse, quòd pontificias Bullas, earumq; sensum, animum, atq; sententiam, omni pro facultate sua, vbiuis defenderent ac tuerentur.

4. Proditionis capita.

Quorũ hoc quidẽ primũ & venenosissimũ caput est, augustiss. nostrã principẽ, regnorũ suorũ legitimã Reginã, non esse: crimen læsæ Maiestatis graue & luculentum.

1

Deinde ciues suos omnes, ab omni obseruãtia, obsequio, & fide aduersus Principem suã solutos & liberatos esse: peccatũ priori par & æquale.

2

Item q; impunitatem summã proponi ijs, qui à fide sua in Principẽ defecerint: scelus latè patens & prioribus æquũ.

3

Postremò, Põtificis Romani hostilem impressionẽ in Hyberniã, ab ijs esse probatam, ad eamq; vim expediendã, cohortẽ quendam suũ delectũ esse, *Nicolaum Sanderum*, scholarem perditum, & improbum ciuem, perfu-

4

perfugam,& patriæ proditorem infestum, vnaq; cum latronib. illis Romanis, arctissima societate cõiunctum, Pontificio diplomate summa in gratia maximaq; in autoritate positũ esse, aliàs tanquã in ꝓpregis, aliàs in legati, aliàs in quæstoris loco. Idem etiã paulo antè quàm Hyberniã peteret, in Monarchia sua gloriosè affirmat *Pij Quinti* fœdã illam & pestiferã Bullam, ritè, iustè & legitimè, in Augustissimã perscriptã & intortam esse. Itemq; eiusdem Bullæ autoritate, *Nicolaum Mortonũ*, lacerum sacrificulũ, & turpem conspiratorẽ, Roma demissum esse, in huius regni boreales partes, vt ad rebellionem excitaret plebem, & arma ciuilia moueret, quorũ paulo pòst *Carolus Neuellius*, præcipuus dux & sollicitator fuit.

Pontificiæ Bullæ propugnatio, vt à Sandero susceptæ.

Quib. positis & cõstitutis, apertè liquet, vtranq; defectionẽ, tã domi, q̃ in Hybernia, è Romanis esse Bullis natã. Quas quòd tã perditè tuerentur quidã latrones, vtresq; quib. poterãt modis, desperatè eisdẽ afferrẽt, ꝓptereaꝓditionis, ex vetustis Reip. legib. rei facti solũ propter has labes & crimina, & iure sunt condemnati, & iustè cęsi: q, fraudes in Reginam & Reinpub. tam foris quam domi turpiter contraxissent, quòd

Pontificias Bullas, autoritatemq; ſedis ſceleratè obuallaſſent, q, ciues à fide in Reginã & remp. ad defectiones ſeditionesq; flagitiosè excitaſſent: ſubmotis prorſus, vt ſæpe iam dictũ eſt, religionis & diuini cultus criminib. & quæſtionib. omnibus. Etſi nec illud inficiandũ eſt, non rarò hos, pro tribunali, & libenter in eũ ſermonẽ delapſos, de religione & ſacris, vt aliquid aſpergerẽt, eóque, vti paulo antè poſui, pro omni vi ſua incumberent, vt religionis, non læſæ Maieſtatis rei viderentur. A quo pulſi dolo & inuento, proditionis criminib. ſecũda cõcione, & perpetuis orationib. ſunt accuſati, itidemq; ex iuratorũ ſacramẽtis condemnati, & ex iudicũ ſentẽtijs morte mulctati. Atq; ex hoc notare libet, quantũ inter veros auguſtiſſ. Reginæ ꝓceſſus, & turpia aduerſariorũ mẽdacia interſit, qui nihil magis inclamẽt, q̃ infinitos à nobis martyres trucidatos eſſe, q, in Chriſti fide & religione Catholica perſiſterẽt: cùm liquidius multò illud conſtet, ſi martyres hos eſſe velint & ſtatuant, Romani Pontificis potius, q̃ Chriſti martyres fuiſſe: hoc prę ſertim fixo & poſito, morti hos eſſe deſtinatos, q, Romano Pontifici, acerbiſſimo Reginæ noſtrę, & ditionũ ſuarum

rũ omniũ infeſtiſſimo hoſti, adhæreſcerẽt, eiusq; Bullas, diplomata, reliquaq; inſtrumẽta, hoſtilib. cõſperſa & venenoſis in Principem dolis, ſanguine ſuo ſancienda cẽſuerint. Iſtamq; eſſe mentem & ſententiã eorũ, qui tam præfractè & obduratè tuentur Pontificiã authoritatẽ ex verbis ipſius Bullæ ſubtexis, & ex *Sanderi* teſtimonio cõſtat perſpicuè. Bulla ſequitur eiſdẽ verbis quibus eſt à Sandero Romæ deſcripta.

Luculẽtum argumentũ propugnatores Bullæ Pontificiæ, reos proditionis eſſe.

PIVS *Quintus, Pontifex Maximus, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, declarauit, Elizabethã, prætenſo Regni iure, nec non omni & quocunq; dominio, dignitate, priuilegioq; priuatam. Itemq; Proceres, ſubditos & populos dicti regni, ac cæteros omnes qui illi quomodocunque iurauerunt, à iuramento huiuſmodi ac omni fidelitatis debito, perpetuò abſolutos.*

Et quæ in eandẽ ſentẽtiã ſequũtur, multis ſanè intextis minis & execrationib. quib. inuoluerat vniuerſos, ſi qui Maieſtatis ſuæ imperio, ſuiſue legibus ſe ſubiecerãt: vt vel hinc liquidò cõſtet, Bullã illã Pontificiã, vnaq; *Sanderi* legationẽ oẽm, apertã ex ꝓpoſito inſtituiſſe ciuiũ defectionẽ. Qua de re ipſum, ſi placet, *Sanderũ* tẽdã illã totius incẽdij Hibernici, his ipſis verbis in viſibilis Ec-

cleſiæ ſuæ Monarchia loquentẽ audiamus.

Nicolai Mortoni myſtica legatio ſuſcipitur, vt ſeditiones boreales concitaret.

PIVS *Quintus, Pontifex Maximus, anno Domini 1569. reuerẽdum presbyterum Nicolaum Mortonum Anglum in Angliam miſit, vt certis illuſtrib. viris, authoritate Apoſtolica denũciaret, Elizabetham, quæ tunc rerum potiebatur, hæreticam eſſe: ob eamq; cauſſam, omni dominio & poteſtate excidiſſe, impuneq; ab illis, velut Ethnicam haberi poſſe, nec eos illius legibus aut mandatis deinceps obedire cogi.*

Ecce vobis legationẽ à Põtificis Romani Sanctitate ad ſerendas ſeditiones ciuiles miſſam, legato deliro & lacero ſacrificulo, cũ arcu & fuſcina tanquã Martis flamine. Cui hoc negotiũ datũ eſt, vti ſæpe gloriari ſolebat, vt Northũbrienſem & Weſtmerlandienſem Heroes, primæ illius defectionis principes, ad arma in patriã ferẽda incitaret, in eoq; , mea quidẽ opinione, hoc eſt etiã inſtitutũ, vt patriã hoſti relinqueret diripiendã. O fœdã legationem! O ſcelerata religionis fœdera! Progreditur etiã longius *Sanderus*, intexto legationis ſucceſſu, cuius euentũ, non dubito quin intimis ſenſibus multũ exhorruerit. Ipſum legite *Sanderum*.

Qua denũciatione, multi nobiles viri adducti ſunt, vt de fratrib. liberandis cogitare auderent.

rent. Acſperabãt illi quidem, Catholicos omnes ſummis viribus affuturos eſſe: verùm, etſi aliter quàm illi exſpectabãt res euenit, quia Catholici omnes, nondum probè cognouerant, Elizabetham Hæreticam eſſe declaratam: tamen laudanda illorum Nobilium conſilia erant.

Facinus hoc quod *Sanderus* ita nobilitat, borealium ciuiũ eſt defectio. Nobiles ipſi, Northumbriẽſis & Veſtmerlãdienſis ſunt Heroes. Omiſſus euẽtus, quod ſuperati ſunt hoſtes & perduelles, victoria, pro Dei ſumma clementia noſtris tradita. Cauſſa verò cur hoſtis ſit fuſus, ex eo maximè eſt nata, q, certiores ſimul non ſunt facti Catholici ꝓditores, Reginã noſtrã hæreticã, vt appellant, Romæ denunciatã eſſe. Qui docendi inſtruendiq; error, vt virib. interim & numero fortiores, de reliquo rebelles fierent, artificiosè corrigitur, & expletur poſtea, immiſſis occultè in regni latebras, tot *Ieſuitarum* & *Seminariorum* cohortib. quorũ hoc op⁹ & negotiũ ſummũ erat, vt omnib. quibuſcũ agere tutò liceret, inculcarent, Reginã eiectã ex Eccleſia, hęreticam Romę habitã, ibidemq; illi à ſacris omnibus interdictum. Supplementum, ad recolligendas amiſſas vires rebellium acutè excogitatum.

Licetq; in hanc ſententiã,& in hæc verba ſcripſerit *Sanderus*, probabiliter tamen, vt quidem arbitrantur, afferri poteſt, à neceſſarijs & fautorib. *Roberti Perſonij* qui adhuc latet in latibulo ſuo, vt fœdi aliquid expediat,& ab *Edmundi Campiani* familiarib. qui extractus ex antro ſuo, tanquam perſonatus ganeo veſte nitens & olens vnguenta, deprehenſis ſceleribus, nuper eſt mortuus, has fraudes & flagitioſas patriæ proditiones, in *Sanderi* ſola perſona conſiſtere, nec in alium quenquã quoquo modo trãſferendas eſſe. Vt planum igitur fiat, his etiã duobus *Ieſuitis* ſeparatam quãdam & propriam autoritatem datam eſſe, qua Bullam ipſam quàm poſſent diligentiſſimè ſtabilirent, ſuumq; ad exitum, quantũ in illis eſt, perferrent, ex actis, facultatibus, & inſtrumentis ſubtextis, quæ occultata in veſtibus comitis cuiuſdã ſui, eruebantur ex eiſdem, paulo pòſt *Campiani* mortem, eluceſcit, qui ſimiliter cum ea ipſa quęſtione grauiter vrgeretur, nõ multum ante mortis diem, admodum pernegabat, vt quantum huiuſmodi pſeudomartyribus fidei tribuendum ſit, ex rebus geſtis & vitæ moribus poſſit intelligi.

Vt Sanderus, tic Perſonus & Campianus eodé Bullę probandæ crimine comprehenduntur.

FACVL-

FACVLTATES CONCESSÆ PP. Roberto Perſonio & Edmundo Campiano, pro Anglia, die 14. Aprilis. 1580.

PETATVR *à ſummo Domino noſtro, explitio Bullæ declaratoriæ per Piũ Quintũ, cõtra Elizabetham & ei adhærentes, quam Catholici cupiunt intelligi hoc modo, vt obliget ſemper illam & hæreticos. Catholicos verò nullo modo, rebus ſic ſtantibus, ſed tum demum, quando publica eiuſdem Bullæ executio fieri poterit.*

Perſonio & Campiano conceſſę facultates, à Gregorio 13. anno 1580.

Plurimæ inſequũtur alię facultates poſtulatæ ab ijs, quib. ampliore poteſtate donati ſunt, quas nihil attinet hoc in loco attexere, tm̃ ea appendã quę in calce adiecta Pontificij reſcripti ſummã cõtinent his ipſis verbis.

Has prædictas gratias, conceſſit ſummus Põtifex, patri Roberto Perſonio, & Edmundo Cãpiano in Angliam profecturis, die 14. Aprilis. 1580. præſente patre Oliuerio Manarco aſſiſtente.

Qua munitus autoritate in Angliam Campianus venerit.

Ex quib. perſpicuum fit, quem nuncium *Campianus* in regnum attulerit, quamq; autoritatem à Pontifice ceperit interpretãdæ in Principem noſtrã Bullæ, quantumcunq; hæc myſteria reticenda cenſuerit, fortaſſis, ne diſciplinæ ſuæ prima dogmata moriens prodidiſſe videretur. Cumq; hoc vnà conſtet, duos illos *Ieſuitas, Perſonium* & *Campia-*

num, non ſolùm à Pontifice coniunctim petiuiſſe, vt ipſe de Bulla ipſa quid ſentiret exponeret, ſed adiunxiſſe etiã, ipſi vnà cũ cęteris Catholicis, quemadmodum explicari in Regiã Maieſtatẽ eandẽ cuperent, vt planius tamen fiat, q̃ liberè & largè, *Ieſuitis, Seminarijs*, & Catholicis omnib. permiſſum ſit, tam in Principẽ ipſam, q̃ in ciues regni probatos interpretari, vtcunq; hæc diſſimulẽt ex *Harti* cuiuſdã oratione, qui & ex eadem ſocietate fuit, & cum *Campiano* addictus morti adhuc viuit, perſpicuè intelligitur, qui pridie Cal. Ian. inter alia nõnulla ingenuè & ſponte ſua, hæc quæ ſequuntur confeſſus eſt.

Harti cõfeſſio de interpretãda Pij quinti Bullam.

Bulla Pij Quinti in Regiam Maieſtatem emiſſa, ab huius regni Catholicis, pro firma, rata, & legitima habetur, ſuáque in vi permanet. & propterea per eandem cuiuis Reip. ciui licet, vt à fide in principem & Patriã, cùm volet, deſiſtat, licèt in quibuſdam, quæ propriè ciues attingunt, immutetur nonnihil. Nam cùm in ea Bulla præceptum ſit omnib ſine exceptione, ne quis eorum Reginæ pareat, qua de Eccleſia eiecta, & regno illi erepto, omnes obedienter illi parentes, in eaſdem execrationis pœnas, cum Principe ipſa, labuntur: quod videtur dupliciter ciui periculoſum eſſe (nã ſi parent Principi, à Põtifice execra-

tio

tio imminet, ſi non parent, ab illa periculum naſcitur, vt vtrinque ciuis irretitus ſit) Pontifex igitur, hoc periculum Bullæ ſuſtulit, permiſſo, vt ciues omnes liberè & impune Principi pareant, reſtinctè tamen hocq; aſſumto, vt hanc, cùm velit, ſententiam reuocet.

In ijs igitur quæ diximus, vt certi aliquid ſtatuatur, ne in immenſum creſcat volumẽ, inter omnes tã foris q̃ domi conſtat, famoſos illos & venenoſos libellos, qui tot in linguis ſunt perſcripti, ſimulq; cõuitia illa, quæ in Regũ & nationum aures quotidie infunduntur, hoc eſt, infinitam multitudinem ciuium, ob religionẽ ſolam, verumq; Dei cultum, non propter ꝓditiones, aut turpes conſpirationes necatã eſſe, ex eodem vanitatis, & impudentiæ fonte fluxiſſe, & ad defendenda hæc proditionũ ſcelera, liquido tendere. Vtq; omnia luctuoſius ante oculos ꝓponãtur, nomina ſuorũ cęſorũ, numerúmque libris ſuis intexunt, qui cõiecti in vnum cumulum, in viginti quinq; integris annis, numerum ſexagenarium vix attingũt. Obliti prorſus, vel impiè potius ſpernentes, Reginæ *Mariæ* temporibus, quæ annos quinq; vel paulo plus compleuerat, quàm tetrè, quamque crudeliter, ſæuitum ſit, quantaq;

Omnes famoſos libellos in Reginæ & regni maieſtatẽ mendaciſſimos eſſe.

Quantũ diſcrimẽ inter hos pauculos, & tam infinitã Mariani regni ſtragem.

virorum, mulierum, puellarũ, & adoleſcentum, tam fame quàm alijs tormentis, facta ſit ſtrages, vt quadringentesimũ numerum facilè ſuperarint: omiſſis ijs, qui in cuſtodijs, & carcerib. barbarè ſunt trucidati. Quorum quidem viginti, ex Pontificibus, præſidib. & magiſtratib. Eccleſiaſticis turpiter erãt flãmis cremati: mulierũ item ſexaginta: adoleſcentum, puerorum, quadraginta. Atque hoc in loco, illud nulla obliuione ſepeliendũ, ſed cum flagitioſiſſimæ feritatis dedecore ad omnem poſteritatem tranſmittendũ, mulieri cuidam prægnanti in ignis pyro poſitæ excidiſſe ex vtero infantulũ, viuum, & ſpirãtem, eumq; carnificis cuiuſdam cuſpide confoſſum, & transfixum, in ignem denuo proiectum, & contortum, vna cum miſerrima matre exuſtũ eſſe. Execrabilia crudelitatis exẽpla, & maximè tyrannicis temporib. nunquã exequata. Atq; horum quidem iuniores qui tormenta illa pertulerũt, tam viri, quàm fœminæ, quod nõ indigne à Chriſtiano obſeruãdum eſt, nullã vnquam, ſiue in baptiſmo, ſiue in confirmatione, religionem aliã profeſſi ſunt, neq; auditu quidem aliam vllam perceperant, vel quoquo modo guſtauerant, q̃ hanc eandem, quam

in

in igne & flammis teſtificantes, tanquã veri martyres, de vita diſceſſerunt. Rem magis in ſimplicitate Chriſtiani animi, non in eloquentiæ nitore deplorandam, quàm neces perpaucorum rebellium, qui tamen ijdem ſi triginta expleuerunt annos, eãdem, tam in baptiſmo, q̃ in reliqua ætate, religionem profeſſi ſunt & continuabant, quã nũc tam improbè tamq̃ acerbè impugnãt. Sunt & alia quædam in quib. *Mariani* regni martyres, ab ijs veſtris paululum diſcrepant. Etſi .n. illi, in ijs religionũ opinionibus perſtiterunt, quas in baptiſmo profitebantur, & ad quas reliquam per ætatem ſuã inſtituebantur, morientes tamen nec principis autoritatem oppugnabant, nec eiuſdem hoſtibus vnquã adhęſerunt, nec ciuiles motus, cõſpirationes, vel arma mouerũt, nec ſeditionũ ſemina ſpargebant, nec à Principis fide & obſeruantia quenquam deduxerunt, quæ quidẽ omnia contrariò fiunt ab ijs, qui cum Pontificatu Romano, tanquam ſatellites in ipſius fidem iurati, ſe coniunxerunt.

Quocirca, ſi æquis hæc lancibus perpendantur, minimè dubium erit, quin omnes boni ciues iam antea intelligant, ſi qui autẽ mobiliores ſunt aut inconſtantiores, nec

prorſus tamen adhuc à ſeditioſis adducti, poſthac ſint magis intellecturi, q̃ turpe ſit, à vero Dei timore & cultu, ad quiſquilias & feces ſuperſtitionis deduci. Nec verò illud, vt ſpero, dubiũ eſſe debet, quin oẽs nationes & gentes, in primisq; Imperatores, Reges & poteſtates omnes ſtabilitis pręſertim ſibi regnis & principatibus ſuis, ſiue per ſucceſſionẽ, ſiue per populi aſſenſum, hoc perſpecto & cognito quod eſt ante oculos, omnia nuper Reginam noſtrã eo animo ſuſcepiſſe, vt ſe regnumq; ſuum contra vim & impetum tueretur, arma & ferrũ hoſtib. extorqueret, ciuiles conſpirationes ſupprimeret, à perditis & domeſticis latronib. excitatas: deq; Reginæ noſtræ reb. geſtis, tanquam de ſuis, iudicium ferentes, adiudicaturi ſint, nec conuenire quoquo modo Pontifici Romano, q̃ Diui *Petri* ſe in eo Pontificatu hęreditarium ſucceſſorẽ nominat, ſiue ꝓducat fines ſuos lõgius, & totius ſibi Chriſtianę Eccleſię monarchiã aſſumat, nec in Põtificiam vllã autoritatẽ, faſtũ hunc intolerabilẽ cadere, primum, vt per Bullas ſuas in rebellium fauorẽ perſcriptas, cuiquam conſecrato principi regnum eripiat, tum, vt ciues in Reges ſuos armet, vt ab impietatis & violatæ iam fidei

Admonitio ad omnes trãſmarinos Principes.

periculis

periculis eoſdem ſtatim liberet, vt fideles ciues, quòd principibus ſuis pareãt, de Eccleſia exturbet, & tanquam membra corrupta abſcindat: poſtremò, vt ipſe, in eos Principes, qui impetũ nullũ vnquam in illum fecerãt, legiones & exercitus ſuos ducat, & in aciem exponat. Hæc aũt tragica ſi poteſtati huius tyranni permitterentur, tum & illa ſequerentur cõfeſtim, vt nullũ imperium, regnũ, principatus, prouincia, vrbs, vel pagus etiã, à quoquã poſſeſſore diutius teneretur, quàm idẽ hic, homo terrenus, oſſibus, neruis, & carne cõiunctus, ſedens tamen, vt intonat, in *Petri Sella*, tanquã Epicureus Deus, pro arbitratu ſuo, abſque vllo diuino vel humano mandato, eadẽ cenſuerit ab ijſdẽ eſſe poſſidenda. Quam autoritatẽ Dominus dominorũ, Dei viuẽtis filius Chriſtus Ieſus, ſolus redẽtor & ſeruator noſter, ſolũq; Eccleſiæ ſuę caput, dum humanitus in terris viueret, vt liquet ex Scriptura, vnquã ſibi aſſumpſit. Nec verò à D. Petri, à quo locũ & autoritatem ſuã deducit, ſcriptis, ritibus, vel conſuetudinibus, eiuſmodi quid expiſcari licet, ne à D. Paulo quidem, qui tamen Gentium erat Apoſtolus, huiuſmodi quid exẽpli proferri poteſt. Sed contrà potius multò, tam in

Pontificatus Romani Monarchia, nec per Chriſtũ, nec Apoſtolos Petrũ aut Paũlum cõfirmata.

Euangelij hiſtoria,& Apoſtolorũ ſcriptis,rebusq; geſtis,quàm in reliquis diuini verbi libris & partib.eluceſcit perſpicuè, obſeruantiam fidemq; aduerſus legitimos principes præceptam ſemper eſſe, in primisq; in reges nominatim, idq; tam præcisè,vt nullus planè ſit exceptus, ſicut Paulus ad Romanos i-
Ro.13.1. pſos luculentis verbis exprimit: *Omnis anima ſublimioribus poteſtatibus ſit ſubdita.* Cui præcepto Diuus Chryſoſtomus Cõſtantinopolitanus Pontifex, Apoſtolos, Prophetas,Euangeliſtas, Monachos & religioſos omnes deuincit ſine exceptione, ſententiæ verò & opinionis Diui Petri, à quo Pontifices Romani autoritatem ſuam deriuant, quod poteſt grauius teſtimoniũ, aut quæ cõiunctior interpretatio fieri,quam ipſe verbis ſuis,tan-
1.Pet.2. 13. quam publico præconio, edicit. *Proinde ſubiecti eſtote cuiuis humanæ traditioni propter Dominum,ſiue Regi,vt qui ſuperemineat,ſiue præſidibus ab eo miſsis.* A quibus Apoſtolorũ principib. in primisq; ex eo, quod Chriſtus perennis Dei filius, redemtor noſter ſolus,& omnis veritatis fundamentũ, eidem Petro &
Mat.10. 25. Luc.22. 25. ſociis ſuis Apoſtolis diuinitus inſpirauit, *Reges Gentiũ dominantur, vos aũt non ſic:* perdiſcant iſti Põtifices odioſiſſimi, hunc faſtum & inſo-

& insolentem iurisdictionem, quam in Monarchas, Reges & Principes vsurpāt, piè deponere, simulque pastoricio suo munere in pascendis ouibus crebrius, & diligentius defungi: sicut Petro ipso ter in ictu oculi præceptum est. Pasce oues meas, vnaq; præcisè eidem Petro iniunctū, ne gladio quoquo modo vteretur, vt ex illo loco perspicuè liquet, *Conuerte gladium tuum in locum suum*, seu *mitte gladium tuum in vaginam.* Mat. 26. 52.

Quæ disciplinæ & præceptorum forma, multa sæcula post Christi & Apostolorum mortes & sepulturas, à multis Romanis Pōtificib. piis & sanctis retenta est, aucta & cōmunita. Qui sacratā Christi doctrinam, piamq; Apostolorū simplicitatem imitantes, vitam in iis ipsis tuendis, tanquam martyres pij, reliquerunt, plusq; in Ecclesiam fructus attulerunt, magisq; fines eiusdem & terminos vel centum annis extenderunt, quàm ij procerū illorum simplicium glorioſi posteri, execrationibus, gladiis, & armis, vel quingentis annis prodesse potuerunt. Qui mos, à piis illis Pontificibus retentus & cōtinuatus, ad *Hildebrandi* tēpora viguit, *Gregoriū* septimum, qui anno 1074. vixerat, primusq; tyrannicam hanc Pontificij loci in principes

Hildebrandus primus mouet arma cōtra Imperatorē.

iurisdictionem, sibi arrogabat. In quam eandē *Pius Quintus* recèns ab hac ætate furiosè irruit, ab eiusq; exemplo *Gregorius* decimus tertius in eandem inuasit, vt exempli fortassis nescio quid relinqueret. Cùm enim *Gregorius* septimus anno 1074. vel non multò secus, sumpserat sibi admodum insolenter, vt *Henrico* 4. potentissimo tum Imperatori, Monarchiā & imperiū eriperet, idem nunc, vt videtur, imitatur *Gregorius* decimus tertius, dū parat, & molitur quàm simillimam fraudē, & vim, in *Henrici* 8. potentissimi Regis hæredē & filiam *Elizabetham*, Reginam nostram, & virginem, quæ tamen proximè, & solùm à Deo regna sua, & ditiones tenet, iure & conditione, vt quàm optima. Vt aūt in hoc *Henrici* exemplo, principibus omnibus, eorūq; consiliariis, perspicuè eluceſcat, quos eidem *Henrico* succesſus, pro clementia sua, Deus dederit, quantumq; eundem, contra arrogantissimum *Hildebrandum*, adiuuerit & auxerit, est in historia, quo tempore *Hildebrandus*, hoc est, *Gregorius* septimus, conabatur hanc *Henrico*, maculam & iniuriā inurere, eumq; de imperio deijcere, Rodolphum eodem tempore fuisse quendam, perhonoratum, & nobilem, *Renfeldiēsem*, vt fertur,

fertur, Heroem, qui ab eodē *Hildebrando* incitatus, vt in imperium inuaderet, titulumq; & nomen imperatoriū vsurparet, idem, non multo pòst, victus ab *Henrico* isto Imperatore, fusis & concisis copijs suis, absciſſaq; dextra dū pugnaret acrius, quē casum peracerbe tulerat, multaq; in Pontifices quosdam questus esset, qui Pōtificis Romani nomine, id illi consilij dederant, vt arma contra *Henricum* legitimum suum Imperatorē ferret, adiecit in extremo, dextrā quæ perierat, eandem illam esse, qua imperatori suo inuiolatam fidē & obseruantiam spoponderat, eoque, quòd defeciſſet à fide sua, hāc in se vindictam, iustè ab immortali Deo repetitam esse. Simulq; in Italiæ finibus conuocato consilio publico, effecit idem *Henricus*, vt *Gregorius*, de Pontificatu suo: totoq; Pontificali instrumento, deponeretur: ad exemplum *Othonis* Imperatoris, qui *Ioannem* Romanum Pontificē, propter multas fœditates & crimina sua, Pontificatu suo paulò antea eiecerat. Idemq; consilium iam antea secutus est Imperator *Henricus* tertius, nō multum ab anno 1047. deiectis perexiguo tempore, & omni Pontificia autoritate mulctatis, tribus Pontificibus *Silueſtro*, *Benedicto*, &

Cæleſtis Dei iudicium cōtra Imperatorem falso, & iniustè à Pōtifice Romano inſtitutū anno. 1074.

Idem Hildebrādus primus Gregorius 7. de ſede Pontificali deiectus per Henricum 4.

Gregorio ſexto, quòd auarè nimis, mundanis ſe negotiis immiſcerent, in regesq; & principes extraordinaria autoritate abuterẽtur. Multa poſſum exempla huic loco aſpergere recentioris memoriæ, vt Imperatoris ipſius Maieſtati, & ſacrati Imperij principibus, expreſſis veſtigiis eluceſcat, ſicut *Henrici* quinti, ſicut *Frederici* primi, ſicut *Frederici* ſecundi, ſicut *Ludouici Bauarij*, qui cùm Imperatores omnes eſſent, & ſummis dignitatũ titulis excellerent, à Pontificia tamen hac ſentina, non ſolùm Bullis, & ſcitis ſuis venenoſis, ſed etiam armis & ferro oppreſſi, & ad ſummas calamitates præcipitati, maximis ſunt, in extremo, ruinis inuoluti. Nonnullosque alios Chriſtiani territorij, Reges & multos potentes, pari multa ſecula regiis è ſtirpibus natos, pari iniuria perſequẽtes, pares ad exitus perduxerunt. E quibus ipſis intelligi debet, hãc immenſam & infinitam tyrannidem Pontificum Romanorũ, in reges & principes inuadendi, ſummamq; in regnis & principatibus eripiendis, libidinem, ortam è tetra illa bellua *Hildebrando*, ſine vlla ſacrorum teſtamentorum exemplo, manaſſe poſtea latius, nec adhuc intra fines & terminos ſuos conſiſtere. Exitus tamen horum & euentus, ſi quales

Henricus 5. Frider. 1. Frider. 2. Ludouicus Bauaricus Imperatores.

quales fuerint, conſideremus, & præteritis temporibus intelligemus execrabiles fuiſſe, & propterea nec dubitandum quidem eſſe, quin ſimiles expectemus in futuris.

Quæ cùm ita ſint, quàm optabile eſt, ſi alij Chriſtiani territorij Reges & principes, his tyrannicis viribus læſi, ęquũ eſſe ſtatuant, vt contrà feros hos impetus, ipſi ſe, ditiones & regna ſua tueantur, & in eodem exemplo, eandẽ Reginæ noſtrę libertatẽ poteſtatemque permittant, nõ modò licitis modis tuẽdi ſui, ſed & Imperatoriæ etiam Maieſtatis, cæterorumq; ſacrati Imperij principũ, Regum itẽ & nationum, præſidia, vires et opes implorandi, vt tã luctuoſam cauſſam, cõtra tantam barbariẽ, coniunctis viribus defendant potius, quàm veldeſerendam à ſe, vel à Pontifice Romano impugnãdam ſtatuant. In primiſq; cùm Regina ſit inuncta, à ciuib. accepta, cõſecrata & coronata, ipſam tenẽs Regiam ſedẽ, hæres magni & inuicti regis, regiũ etiã nomen & ſellã multos per annos teneat, eaq; æquitate ciuibus, populis & nationib. multis imperet, vt de cęlo demiſſam ſibi ad regendum diuinam Principẽ exiſtiment, & propterea eo cultu honorent, eaq; in pace & obſeruãtia viuant, excepta tamen

Quod externis principibus in iuis regnis licet, idẽ & Reginæ Angliæ in ſuis finibus.

fece illa & ſentina perpaucorũ latronum, in quorũ memoriã tam ſæpe incurro, qua etiã ſcabie & alia ſunt regna infecta permulta, vt nihil videatur ad tam diuinã felicitatẽ addi poſſe. Quodxxv. annos integros cõtinuatũ, ac à tranſmarinis interim & hoſpitib. multis animaduerſum, eoq; ipſo paulò fit inter nos illuſtrius, ſic vt maximi Chriſtiani Reges nullã ſibi factã iniuriã putẽt, ſi fortunæ eorũ cũ eiuſdẽ felicitate cõparentur, quidã etiam rectè ſecũ actũ exiſtiment, ſi inferiore etiam in gradu collocẽtur: quideſt, quid eſt, inquã, cur oẽs poteſtates Chriſtianę nõ modò tuẽdũ ſibi in Regina noſtra tã expreſſum diuini iudicij exemplũ, ſed & ſuſpiciendũ quodãmodo & eximio quodã cultu venerandum ſibi proponãt? Licetq; recentib. ijs tẽporib. permiſſum ſit Pontificib. Romanis, tam ab Imperatore ipſo, in regnis & ditionibus ſuis, quàm à Galliæ & Hiſpaniæ regibus, in ſuis viciſſim finibus, vt extraordinariam hãc & barbarã planè iuriſdictionẽ Pontificũ, modũ tamen tenus & quandã ad formam, retineant. In quo tamẽ ipſo, permulti Chriſtiani principes ab ijs Regib. hodie diſſentiunt, quẽ item faſtum, *Gregorius* Magnus, eiuſq; ipſius ſedis Pontifex, & cõtempſit multum,

& ti-

& titulum ipsum, tanquã impiũ, plenũ sceleris, certũq; Antichristi prænunciũ esse dixit: illud tamen, tam in ijs regnis quæ paulò antè nominauimus, quàm in nostro, cæterisq; Christiani soli fere omnibus, exploratissimũ est, peruetustis legibus, institutis, scitis & sanctionib. pragmaticis, tã in Hispania, quàm in Gallia, hãc Pontificiã autoritatem non modò crebrò impugnatam, sed & radicitus euulsam esse: cãpus magnus & largus, in quo Iuris periti omnium nationũ liberè excurrãt & ingenia sua multum exerceant.

Pontificatus vniuersalis, titulus, verus Antichristi prænuncius.

Nec verò multũ intererit, vt vt Pontificij iurisperiti, quos Canonistas appellamus, propugnatores illius sedis acerrimi, de hoc genere toto Bullarum, execrationũ, & reliqua hac siue mercatura, siue proluuie statuãt, aut quæ simpliciũ animis tonitrua ad cõfirmãdas has nugas immittant, cùm Imperatores veteres, Reges & Potestates omnes, in ijs rebus, quæ possessiones, hæreditates, fundos vel iurisdictionẽ minimã suã attingunt, licèt eædem in litibus paruarũciuitatum nõnunquam & pagorum, aut fortassis in disponẽdis Pontificatib. & Monasterijs versarentur, nihil tamen harũ nugarum extimescebant vnquã, nec in tuendis bonis & fortunis suis,

vnquam recuſabant, contra hos Pontificios impetus, ſe, vireſq; ſuas libenter & facilè opponere, & ſine labe cõſcientiæ & ſine ſtatus ſui metu. Hiſtoria plena eſt exemplis, maximeq; in hoc genere abundat Gallia. In noſtris itẽ publicis tabulis apertum eſt, Reges & proceres regni noſtri, cruentã hanc Pontificiam autoritatem, acerbiſſimis pœnis, tã ſæpe, tam facilè, & tam fortiter, non ſolùm deuinxiſſe, ſed etiã repreſſiſſe, vt genere ipſo pœnæ, quæ ſiue peculatus, ſiue bonorũ direptio & publicatio dicitur, quod eã habet vim vt rectè ſic appellari poſſit, quod barbaro nomine *Præmunire* dicitur, oẽs illæ greges comitatus Pontificij, prẽſules dico, antiſtites, & initiatos omnes, intimis in animis & ſenſibus ſuis exterrerẽtur, vt in recẽti exemplo Cardinalis *Thomæ Volſeij* liquidò eluceſcit. Sed quid opus eſt vetuſtioribus, cùm recente memoria, & hac ætate noſtra conſtet, potentiſſimũ Imperatorẽ *Carolum* quintum, *Philippi* Regis qui nunc viuit patrẽ, exercitus & ſigna ſua cõuexiſſe Romã, eamq; foſſa & vallo ſepſiſſe, & diripuiſſe in extremo, ſpretis & neglectis Põtificijs Bullis & execrationib. omnibus, factis itẽ captiuis *Clemente* ipſo, qui erat Pontifex maximus, & è

Roma direpta.

Cardi-

Cardinaliũ comitatu triginta tribus, omnibus in arce Adriana captis & in custodia mẽ ses septem retẽtis, donec facta pactione, maximis & innumerabilibus summis ab Heroe *Hugone Monstadiẽse* nobile Hispano, & *Marchione Guastonense* redempti, ad pristinam libertatem restituti sint. *Clementi* Põtifici maximo redemptio 400000. ducatorum aureorum vel paulò potius supra illam summam imposita. Cardinalibus, amplior aliquanto iniecta pecuniæ solutio. Cùm ij etiã ipsi captiui, in eadẽ arce Adriana non multò antè obsiderentur à vicinis & eius territorij proximis Colonienſibus, eoq; perducti, vt omnibus Colonienſiũ postulatis & mandatis assentirentur. Quid de Gallorũ Rege recentis memoriæ *Henrico* secũdo claro & potente principe sentiẽdum est, huiusce Regis *Henrici* qui nunc viuit patre? Num Bullas vel gladios Pontificios extimuit? Cui orta cum Pontifice controuersia, quòd in quasdã immunitates & libertates Regias pro more suo Põtifex inuaserat, non solùm animosè & regiè Põtifici restitit, edictis, decretis & legibus multis in eã sententiã promulgatis, sed fructus etiam Põtificios annuos, qui in Gallicis finibus colligebantur, inuito Ioue & Mercu-

Captiuus Pontifex Romanus cum Cardinaliũ Collegio. 1527

Henrici secundi Gallorũ Regis in Romanũ Pontificem edicta. 1550.

rio, admodum cõminuit. Quid *Philippus* Hiſpanię Rex, qui nunc regnat, quo in Põtificẽ animo fuit tũ, cùm miſſo in Italię fines exercitu, quẽ Dux Albanenſis eò deportabat, depopulatis agris, expilatis ciuibus, cæſis item multis, deformatis hortis & pomarijs, exuſtis circa vrbẽ amœnis & delicatis ædificijs, vaſtitatẽ quandam omnib. reb. afferret, vrbẽq; ipſam vallo & foſſa cingeret, nonne ſuſtulit omnẽ dubitandi locũ, quàm nihili Põtificiam autoritatẽ, quàm nihili quiſquilias Romanas faceret? Nõne terroris plus incuſſit breui tẽpore Pontifici, quàm oẽs Bullę & execrationes lõgo poterãt repellere? Itidẽq; *Maria* Regina, Auguſtiſſ. principis noſtræ nuper defuncta ſoror, nõne idẽ exemplum in eundẽ Pontificiũ faſtum ſecuta eſt? Quæ cùm intelligeret Pontificẽ Romanũ in conſobrinum *ſuũ Reginaldũ Polũ*, Cardinalẽ, paulò infenſiorẽ eſſe, ob eamq; cauſſam ad minuendã Poli autoritatem, & ad inurendam exiſtimationi illius maculam aliquã, *Petoum* quendã feſtiui ingenij fratrem obſeruãtem, in Cardinalium Collegiũ coopta ſſet, quem Cardinali *Polo* in hoc regno opponeret, & propterea vt omnia maturarentur ad exitũ, nunciũ cum purpureo galero & cæteris inſigni-

Dux Albanenſis Pontificem Romanum & vrbem Hiſpanicis copijs obſidet,

Pontifex Romanus à Regina Maria & Cardinale Polo oppugnatus.

ſignibus nouæ dignitatis Roma demiſerat, vt ad *Petôum* quàm primũ tranſportarentur, quid tandẽ ijs cærimonijs,& tanto apparatu aſſecutus Põtifex eſt? Nõne Regina facta de hoc apparatu certior, cõuocatis ſtatim Proceribus, conſiliarijs & iudicibus, mãdauit vt libri legũ aperirentur, ex eiſq; quod maximè conduceret ſuæ Maieſtati & reip. id vt ſine mora expediretur? Quo facto trãſmiſit Caletũ, qui mandarent Romano nuncio, ne in regni fines accederet, neq; Angliam verſus è Caleto moueret pedem. Cardinalis *Polus*, cùm omnia tamẽ adhuc ſtomachareturPõtifexRomanus,ac nubes &tonitrua minitaretur, ſpretis omnino iſtis quiſquilijs in ſella ſua quieuit. *Petôus* itẽ pro more ſuo decurrit vrbis plateas ſine galero de quo tam acerbè pugnatũ eſt, vt egẽs frater & quibus poterat ſtipẽ excutiens : animoſa cõtra Pontificẽ in Regina impugnatio, eaq; de tã abiecta galeri lite cũ tanto Põtifice ſuſcepta. In quo ipſo, maximũ Regem auum ſuũ, *Henricum 7.* Regina imitata eſt, qui cùm cõtrouerſiã quandã cum Pontifice alumineã haberet, nõ minus prudẽter obtinuit eandẽ contra Põtificẽ, q̃ conſtãter & grauiter retinuit. Vt facilè poſſit intelligi principes quoſdã cùm hęc fe-

Petôus frater mendicans.

Christiani principes nō ferunt Pontificem Romanum hæreditates suas inuertere, licèt permittant aliquando in ciues suos autoritatē iurisdictionis suæexercere.

rant Pontificia onera, vsq; eò tamen & hoe quidem in genere certosq; ad vsus ferre, si quidem hæc eadem vel prosint sibi regnisq; suis, vel certè si nihil obsint. Eò verò si Pōtificius fastus, vel auaritia processerit, vt vel in fundos cuiusquam principis irruant, agros, territoria imminuant, vel seditiosos ciues in eosdē principes armēt, vel quoq; modo animent, tum quidē omnia illa insignia Pontificia, Bullæ, execrationes, Ecclesiasticæ sentētiæ, maximeq; solēnia, vt appellamus, illa *Anathematica*, *Petri* claues, & duplici acie bipennis, nimbiq; illi caliginosi oēs, qui Pontificia fulmina & tonitrua minātur, hæc inquā omnia, tantū ad tuendas Pontificias iniurias valēt, quantum in vnoquoq; principe vel virium est, vel animi, hoc est, non permissurum principem quenquam, quantum quidē in se est, quin hanc à se quàm longissimè pellēdam maculam, & labē esse statuat.

Nunc verò cùm hic idē Pontifex pro facultate & impetu suo omni conatus sit, quod innotescit omnibus, Reginā nostrā è regnis suis deijcere, deturbare, ijsdēq; iniuriosissimè spoliare, ciues ab illius fide & obseruātia abducere, seditiones perditas in eisdē regnis spargere, itēq; incēsis nostri populi animis, mili-

militem ſuũ tã armis, quàm reliquo militari inſtrumento omni inſtructum, in fines regni noſtri immiſerit, vt hoſtiles illius ſpiritus & impetus vndiq; eluceſcerent, poterit ne hic idẽ *Gregorius*, vel poſteritatis ſuæ quiſquã, tã temerè ſperare, vt Auguſtiſſ. Princeps cõfirmata ſtabilitaq; in Angliæ & Hiberniæ regnis, tot ijſdem regnis annos perfruẽs, quot quatuor ſimul Põtifices Romani vix cõpleuerint, tanto etiam ciuiũ ſtudio, amore, viribus, ac fide cõmunita, nullam itẽ ſuperiorẽ poteſtatẽ ijs in regnis vllam agnoſcens, niſi præpotẽtem ſolam æterni Dei dextrã, poterit ne, inquam, quiſquã Põtifex ſperare, vt in hac omniũ rerũ affluentia recuſet vel timeat Regina noſtra, hos conatus Põtificios, vel legibus ſuis, vel ferro, etiã ſi erit opus, diſturbare ac euertere, eiuſq; milites qui poſſeſſiones & agros noſtros populantur, vel gladio vel Martis alea trucidare, vel ciues ſuos qui à ſua fide ad Põtificiã defecerint, pro regni more ex publicis legibus mulctare? Nec verò illud dubiũ eſſe debet, vt vt hic Romanus Deus, ſummo in ocio & ſacrata in ſella ſedens Romæ, triplici item corona redimitus, vel alius huius faſtus & põpæ procurator aut fautor quiuis, hæc tam tetra & tã horribilia vllis in

Æquum eſt vt Regina noſtra Pontificiam vim ſua item vi repellat.

Christianis territoriis renouauerint, quin pennis Deus, omniũ regũ Rex, quem Regina nostra simplici spiritu veroq; cultu in ipsis animi mẽtisq; fibris veneratur, quemq; tutorem & defensorẽ suum solũ omnib. in causis suis agnoscit, cuiusq; leges vnà cũ æterno æterni filij sui Euangelio per vitã suã omnem tutabitur, omnia sit cumulatissimè allatur⁹, quæ ad custodiendã cõseruandamq; carissimam Ancillã & seruã suã *Elizabetham* cõtra terrores quoscũq; necessaria fore videbũtur.

Additamẽtum ad põtificium martyrũ catalogum.

Cumq; seditiosi quidã emissarij tubis suis in multorum aures falsò ac turpiter inflauerint, propter religionẽ quosdã ex nostris esse cęsos, quos pro martyrib. in historias suas intexunt, ita possunt si libet, & iis martyrib. suis miserrimi nuper demortui herois Desmondensis, defectionis Hiberniæ primi autoris, corpus truncatũ & sine capite adiũgere. Qui nuper correpẽs per solitudines sine præsidio & ope, tanquã errans tenebrio, & in Hibernici coloni manus delapsus, ꝑ sua vetere feritate ab eodem trucidatur, amputato confestim ex gentis more capite. Mors tam perfido proditore, turpiq; sicario non indigna. Atq; hîc cõmemorare libet, principes quidã huius conspirationis & cum Desmondense scele-

Exitus Desmõdẽsis comitis.

ſceleratè cõfœderati, quos ad exitũ mortesq; deuenerint, quibusq; exemplis perierint. In primisq; à *Sandero* ordiamur Põtificio in Hiberniã legato, qui poſt multas illas ꝓſperitates & prioris vitę ſplẽdores, tandẽ per Hiberniæ feræ nationis mõtes & iuga decurrẽs, & in omniũ rerũ egeſtate ſumma poſitus, afflatus ad extremũ miſerrimæ phreneſis veneno, mentis expers moritur. Hunc quidẽ & in eodẽ exẽplo paulũ iam antea pręceſſerat *Iacobus Fitzmauricius*, perdito illo gladiatore *Stuclio* ſolùm excepto, primus Hibernicę defectionis author, & in aula Romana pro venefico, veteratore, & ꝓditore impio notus, qui à nobili adoleſcẽte Hibernico, dũ territoriũ patriũ defenderet, quod exurere ꝓditor cupiebat, primo ictu interficitur. Nec omittendũ mihi hîc quartũ huius ſocietatis exemplũ, *Ioannes Deſmondenſis*, detrũcati iam antea Herois frater, cruentus & infidus proditor & ſingularis familiariũ ſuorum percuſſor & homicida, qui tanquã lupus deprędãs, inter nemora & montiũ iuga apprehẽditur, & pro nationis vſu trũcatur capite: abundanter cõtra hos caſus, vt ſibi perſuaſerat, & copioſè munitus, tam per Bullas pontificias, & cõſecratum Dei Agnũ, quas à ſe nugas nun-

Exitus Nicolai Sanderi.

Exitus Iacobi Fitzmauricij.

Exitus Ioannis Deſmondenſis.

quam dimiſerat, quam armatus inſigni annulo operosè & affabrè in palā eiuſdē annuli intexta gemma, ab ipſoq; Pontificis, vt ferebatur, digito detracto, vt virtutis vires cumulatius augerētur: quę tamē omnia quàm nihil ad producendā vitā afferāt, ſerò miſer ſenſerat. Atq; hi erāt Hibernicorū proditorū fatales exitus, vt ne ſuſpitio quidē vlla maneat, huius tam perditæ ſocietatis quenquā iam nūc ſupereſſe. Opus cæleſte & ipſo Dei numine ſolū dignū. Et quia rabulæ iſti artificioſi odorantur omnia, numerū vt illū ſuum horū martyrū cumulent, his poterunt, ſi velint, recentis exēpli furioſum iuuenē Varuicenſem, *Someruilum* quendā apponere, qui dū pararet Reginę inſidias, mortēq; per vim inſtrueret, cuius vitā ſemper æternus tueatur & perennis Deus, in via & itinere deprehēditur, nec ſceleris ſui abnuit quicquā, eoq; ſe fatetur perductū, cū ſponte ſua & perditis ſuorū cōſiliis, tum legēdis famoſis quibuſdā libellis, nuper in Reginæ Maieſtat. ſceleratè perſcriptis & publicatis. Cuius hic horribilis exitus fuit, vt in ſumma deſperatione, cingulo ceruicib. deuincto, ipſe ſe ſtrāgularet. Luculentum Dei iudiciū in eos, qui in eius vnctos vim & manus afferant. Sed vt hactenus

Exitus Someruili.

annos

annos multos Reginæ Maiestatẽ, idẽ Deus ab iis casibus securam & liberã conseruauit, sic & causæ nihil supereſt, quin protegente Deo cum Rege Dauid canat, versus Psalmi: *Iehoua petra mea, propugnaculum meum, ac liberator meus, Deus fortis meus, rupes mea, ad quẽ me recipiam. Clypeus meus & cornu salutis meæ.* Psal. 18. 3.

Vtq; contra inanes hos terrores, & mera infantum iocularia Pontificia fulmina, Bullas dico, execratiões, & reliquas illas sordes, boni ciues solatij plus gustent, perspicuũ sit omnibus, quod liberè liquet, iam inde ab eo tẽpore, quo primùm ad publica gubernacula princeps accessit, ampliore & securiore in pace vixisse ciues, maiores ad numeros viresq; eosdẽ excreuisse, morbis item oblanguisse minus, opibus & diuitiis firmiores fuisse, ipsum etiã terræ solum maiorẽ fructuũ vim & copiã peperisse, copiamq; omnium rerum ad nostram voluntatem affluentium vberiorem fuisse multoq; pleniorẽ, immissis quotidie in regnum & continuatis Pontificiis istis fulminibus, quàm iam antea peruetustis illis & beatis temporibus, cùm Pontificiæ cõprecationes, sacrata libamina, indulgentiæ, beatitudines, vtrunq; durũ verbum, molliendũ tamẽ vsu, ad regnum hoc secun-

Prosperã Angliæ tẽpora manentibus Romani põtificis execrationib.

dissimis votis & plenis velis perferrentur, vt planè sit sentiendum, execrationes suas turpiter à se ꝓfectas, in se suaq; secūdo Dei numine reflexas esse: vnaq; de augustiss. *Elizabetha* vt vaticinari liceat, quod populo Israelitico de Balaamo in Deuteron. dicitur: *Noluit Iehouah Deus tuus auscultare Balaamo, sed conuertit tibi Iehouah Deus tuus maledictionem illam, in benedictionē tuam*, apposita ratio est, *eò quòd diligeret te Iehouah Deus tuus.*

Deut. 23. 5.

Hæc verò quæ dicta sunt, cùm eam vim in se & sententiam contineant, æquos vt iudices eò perducant, vt libenter & facilè sentiant hæc omnia honestè, rectè, legitimè, & necessariò suscepta esse, quoniam tamen id potest fieri, vt nōnullis fortassis, qui legendis & credendis infamibus scriptis, vel in pontificiam Monarchiā nimis propendeant, vel pari errore in veteribus opinionib. perfistāt, adhuc nō sit factū satis, censui igitur, quantū res, & facultas mea ferant, omniū oculis subijcere, hæc quæ à Principe nuper sunt gesta, nec ob religionē, nec ob Pontificiā Monarchiam, nec ob regiam suā autoritatem, sed ob fœdissima læsæ Maiestatis proditionisq; crimina cœpta, instituta, & ad exitum perducta esse, repetitis, & in memoriam reuocatis

catis illis rationibus, quas in antegreſſo orationis curſu ſtrictim etiam decurrimus.

Rationes quibus planũ ſit ob proditiones ſolùm, nõ ob religionem quẽquã morti addictũ.

Primùm igitur negari non poteſt, quin aliquot per annos Regia Maieſtas Põtificias has Bullas & execrationes toleranter pertulerit, nulla in reos ſumta pœna, q; eadem cẽſeret cõmentitia eſſe quædã, & vix digna lucubratione anicularũ. Poſtea verò, cùm cœptum eſt à quibuſdã, propter hanc Principis lenitatem, eo in genere obfirmatius agi, de eiſdem tanquam de nuncijs ſeu monitoribus impẽdentium malorum ſtatuit, ſimulq; vetuſtas illas leges, & cõtra has feces antiquitus præſcriptas, contra barbaros hos motus oppoſuit. Secũdò, cùm viæ ipſæ Bullarum & huiuſmodi ſcriptorum obſepirentur, aditusq; difficiliores fierent, copiosè tamen, ſed tectè & ſecretò inferebantur in regnũ, arrogãterq; in ipſis valuis & ianuis Palatij Londinenſis Pontificis quod eſt ꝑpter diui Pauli templum in media vrbe ſitum, ꝑ calonem perditum tanquã per fœcialem Põtificiũ ſunt affixę. Quis igitur in tãto malo, hoc eſt publicè denũciatis, tanquã ꝑ fœcialẽ inimicitijs, & indicto bello, quod item affectũ eſt à ciue, in maxima regni vrbe, & in ipſa Reip. luce, durius ferat, ſi Princeps in tã

Prima ratio.

Secunda ratio.

Bullę Pij quinti valuis Londinenſis Pontificis affixa.

perditũ latronem, pro ſceleris atrocitate pœnam dignam ſanciendam ſtatuat. Atq; hoc nimirũ primũ erat capitale crimen, in quod propter Romanos tumultus eſt animaduerſum, poſt initũ regnũ anno duodecimo, vel paulò longius. Tempus probandæ patiẽtiæ in Principe æquo iudicij ſatis plenum.

Primum ſupplicium ob Bullam cõſtitutum.

Tertia ratio.

Tertiò, cùm eripuiſſet ſe ſubitò Põtifex è ſella ſua Pontificali, & puluinis purpuratis ſubiratior, & in regnum noſtrum offenſior, temereq; verba in arma trãsferret, cõtra diui *Bernardi* præcepta & monita, qui ad huius Pontificis maiorũ quendam ſcribens, malè cum Eccleſia tum agi diceret, cùm à verbo ad ferrũ ſummus Pontifex deſcenderet, hoc eſt, cùm relicto paſtoritio munere paſcendi, pręceps rueret ad hoſtiles impetus inuadendi, quod expreſſis eſt verbis prohibitum, nobilitatemq; regni noſtri & plebem ad perfidiã & cõſpirationes perditas ſollicitaſſet, Dathano & Abiramo aptius, quàm Romano Põtifici munus, iisq; ipſis ſollicitationib. excitati mali ciues, ſummis pro viribus ſuis omnia expleuerãt ſtatim, quæ malitioſiſſimè poterant in Principẽ ſuã indigniſſimeq; excogitare, metatis caſtris, atq; explicatis in ordines & in aciem militibus, quis tandẽ ſana

Borealis rebellio.

mente

mente & ingenio improbare poterit, ſi Regina, legitima Principis vtens autoritate illegitimos perditorum ciuiũ cõuentus, conatus, & hoſtiles impetus repreſſerit, ijsq; in principes autores ſumtis pœnis, quib. in patrimonijs Eccleſiaſticis ſuis & Pontifex ipſe pari in periculo ſuo vti ſolet, quóque intra paucos mẽſes impellebatur & ipſe ferè deſcẽdere. Hęc verò ſi quis Princeps regnorũ, ditionum, & nationũ poſſeſſor, tam tetro in genere tulerit, vt ſpoliari ſe à ciuib. malis patiatur, regnisq; ſuis exui, minimè reſiſtens, ac virtute & mẽte deficiens, quis tandẽ tam vecordis Principis vel cõmiſeretur, aut quis non ſtatueret potius eundem dignũ, qui nõ ſolùm corona & regno, ſed vita etiã, ſpiritu, & capite, ob tantã vecordiã mulctaretur?

Quartò, cùm fuſis & deletis iã borealib. regni noſtri hoſtib. perſpiceret adhuc etiam Regina, inueteratum hoc Pontificiũ odium altiores radices agere, quod huius ſceleratæ cõſpirationis affines, & reos omnes, qui fugiẽtes è caſtris iſthuc trãſuolarẽt, reliquámque regni noſtri fecẽ omnẽ quacunq; iam antea cauſſa elapſam, munificè & largiter excepiſſet, eorumq; permultos, veſte & apparatu perſonatos, in vtrunq; regnũ remi- Quarta ratio.

ſerit, vt ad ſeditiones allicerent & vrgerent plebẽ, ac vetera arma renouarent, ſtatimq; cohortes & copias emiſerit ex Italiæ finib. quę tranſportarentur ſumtib. ſuis in Hiberniam, ne fruſtra demiſiſſe à ſe ſollicitatores illos perditos videretur, vbi eædem copiæ cum auxiliarijs quibuſdã Hiſpanis cõiunctę ſimul exponebãtur, omni inſtrumento bellico inſtructiſſimæ, & in marino ſinu diſpoſitæ, q̃ poterant cautiſſimè firmiſſimeq; ſe munierant, indicto ſine mora in Principem noſtrã bello, & erectis Pontificijs ſignis, dubitare ne iam poterit quiſquã, etiamſi faueat Pontificiæ ſectæ eoque propendeat nimis, quid à Principe in tam luculento diſcrimine fieri debeat? aut quid potius aliud conſilij dederit, q̃ vt inſuſurratoriam hanc fecẽ, occultè & periculosè per omnes regni partes graſſantem, trãſlatitio item apparatu & penè gladiatorio, non ſuo veſtitam, q̃ primum apprehẽdat, vt eandem in cuſtodias & carceres diſponat, habitisq; in eos quæſtionib. vt ad confeſſionem criminũ maturius perueniatur, reoſq; execrabilis proditionis, tam confeſſionibus ſuis, quàm ſuorum teſtimonijs repertos, cur non iuſtis pœnis deuinciat atq; mulctet, ijs præſertim temporib. cùm exer-

Impreſſio à Põtifice Romano in Hiberniam facta.

exercitus & arma Põtificia grauiter Hiberniam infeſtarent, expectato etiã iam iamq; ex Italia nouo ſupplemento, tã ad Angliam q̃ ad Hiberniam vexandam & oppugnandam? Quibus periculis, vt maturè & ſuo tẽpore reſiſteretur, theſaurus infinitus impẽſus eſt, tam à Principe quàm à ciuibus, vt ab inito regno par à Principe ſumma ad nullos ſimiles caſus ſit collata. Itaque, quà perennis Dei ſumma prouidentia, qua clementiſſimæ reginæ diligentiſſima vigilantia factum eſt, vt conuicti per leges domeſtici proditores, iuſtas pœnas luerent, viréſque Pontificiæ in Hibernia armis & viribus noſtris cedentes, prorſus frangerentur, pauculis exceptis præſtantioris gradus & notæ, eoq; aſſeruatis miſericordiæ, quòd & ſectã illam fœdã libenter deſererẽt, & permultũ pœnituiſſet, quod ad tã turpẽ mercaturã, & ad tam ſceleratos conuentus ſe demiſerant.

Copiæ Pontificis Romani in Hibernia deuictæ.

Licetq; ijs punctis argumentorum, qui rationi fortaſſis & acumini parere ſolẽt, quibuſdam perſuaderi poterit, ritè legitimeq; huc delapſam Reginam eſſe, primùm vt in rebelles & ꝓditores vi & armis vteretur, tũ vt huius ſocietatis affines & fautores omnes ijs pœnis, quas preſcripſerant leges deuinci-

ret, postremò, vt omnem illã Pontificiã sentinam in regna sua immissam, gladijs ac telis reprimeret: supersunt tamẽ & alij quidã, nimis argutè & præcisè ꝓpendentes in Põtificatũ, quib. adhuc minus, vt audio, satisfactum est, & stomachantes nonnihil, aliquot tanquã rebelles esse trucidatos, gregẽ simplicem & innocentẽ, & ipso vitæ genere literas profitentẽ, vt sacerdotes quosdã, *Seminarios*, *Iesuitas*, qui non venerunt in hæc regna cum telis & armis, vt seditiosis auxilia ferrent. Ad quorũ quidem subleuandã simplicitatem, admodum artificiosè & in hunc sensum videtur hæc cõmiseratio induci, vt concesso fortassis, quòd cõtrarias religionis opiniones sparsissent, quòd contra leges publicas plebẽ instituissent, esse tamen pœnas multas leuiores, quæ potius in hos miseros q̃ capitales illę expromerentur, multo fuisset optabilius. Quod quidem defendẽdi genus hanc habet vim, magis vt reprehendat salutarem puniendi seueritatem, q̃ vt perditã illam fecem a sordib. suis liberet. Vt propiùs igitur accedam, atq; vt pedẽ pedi magis opponã, hanc ab ijs lautis vel præfractis potius fautorib. rationem exigo, si quidem sint ex illis qui rationem audiant, quid tum

Obijcitur à Põtificijs qui cæsi sunt ob proditiones, nudos scholares fuisse & inermes.

condu-

conducat fieri, cùm Princeps, poſſeſſo diu & ſtabilito in fide & pace regno, primùm occultis inſidijs, deinde in apertam vim erumpentibus pernitiosè infeſtetur, eaq; à domeſticis ciuibus labes ſit ſuſcepta, eosq; impetus hoſtis tranſmarinus defendat, ꝓditiones nuncijs & opimis promiſſis vt expleant ſcelera ſua incitet, perfidiam & defectionem ciuium chyrographis ſuis confirmet, cumque hoſtis ille idem, huius flagitioſæ conſpirationis author & Princeps, ijs domeſticis viribus ſuas etiam externas vires adiunxerit, regnumque turpiter ac fœdè vaſtauerit, nullum ne in hac lue ciuem, licèt proditores opera & facultatibus ſuis adiuuet, licèt hoſti illo tranſmarino pro omni obſeruantia ſua pareat, pœna capitali mulctare licet, præter ſolùm illum, qui vim & arma intulerit in patriam? Nulluſne ciuis licèt ſit transfuga, licèt ſit explorator hoſtium, eoque artificio multa in Principem machinetur puniẽdus eſt vt proditor, quòd graſſaretur ſine telis & armis, deprehenſus tamen veſtitu alieno, vt magis Principi noceret, adiunctis etiam ſcriptis & literis ad hoſtes, in maximis itidem vrbibus, caſtris, & quibuſcunque

Multi ſunt proditores qui nõ portant arma.

regni partibus in ipsa item Principis Aula petulāter obambulans, vt omnia quàm intimè perscrutaretur, quid hoc homine faciendum est? Nonne proditor apertus & in patriam sacrilegus? Quid? nullusne qui congiarium præbuerit, qui thesauris suis in Principem & patriam milites conduxerit, qui commeatus & ductus aquarum venenis corruperit, qui naues & munimenta marina inflammauerit, qui portuum vada & fossarum altitudines perscrutetur, qui in murorum vallorumque vires, latitudines, altitudines, cæterosque illos Reip. neruos curiosius inquirat, nullúsne horum, inquam, pro proditore cēsendus, quòd cum telo non sit deprehensus, nec vtatur armis? Equidem vt lis hæc aliquando componatur, sic sentio, nihil ab humana & erudita ratione alienius esse, quàm non quēquam horum pro teterrimo hoste habendum. Ad quod idem confirmandum cùm multa valēt, & afferri possent, tum pręcipuum quendam redarguendi locum illud habet, quod explementa sint hæc omnia, & tam necessaria adiumenta, vt ijs adiunctis, facilè sit arma vel suscipere, vel deponere. Sin perseuerent tamen, neminem esse hostem

ſtem, neminem ꝓditorem, niſi armatum, ne Iudas quidē ipſe proditor fuit, qui fraudem animi oſculo falſo texerat.

Nunc autē illud reſtare videtur, vt excutiamus eorum ſimpliciū res geſtas, qui finguntur à quibuſdam, ſolum vt literatos deliquiſſe, id eſt, literas & doctrinam profitentes, eoq; videri fortaſſis aliquo in genere peccaſſe, ſed totum illud magis in verbis atq; in oratione poni, quàm in ferendis armis vel hoſtib. adiuuandis conſiſtere. Vt nullus igitur error maneat in verbo, quouis cenſeantur nomine, vt ſibi libuerit maximè, vel vt ſcholaſtici, vel vt prę̄ceptores, vel vt literati, vel vt *Seminarij*, vel vt Sacerdotes, vel vt *Ieſuitæ*, vel vt fratres initiati, vel vt Pōtificij, vel ſi quo maluerint alio vti nomine, de eo certamē nullū erit. Nihil enim illis vel nomen, vel veſtis obfuit. At verò pruritus ille fœdus, in ſpargēdis venenis in plebis animos, vt ad ſeditiones præcipites ruerent, nimirū hic ille eſt, qui & eiuſdem criminis reos eoſdem fecerit. In eorū perſonis hoſtile nihil conſiſtit: à præceptis tamen cōſilijsq; eorū, arma ciuilia & ſumta & cōtinuata ſunt, illisq; inuitis extorta. Ab hoc fonte, tanquā à Principe cauſſa, illud

Collatio togatorū ꝓditorum cum armatis proditoribus.

manat publicum dedecus, omnia rebellium propoſita & conſtituta, eò ſolùm excurriſſe, vt reginæ coronam regnumque eriperent, vt ex Pontificijs Bullis perſpicuè cernitur. Inſtrumenta verò efficiendi, & tanquam oportunitates agendi, ab ijs ſeditioſis ſeminatorib. publicarum ruinarum, tanquam à medijs & adiuuantibus cauſſis peti debent, vt ex occultis & myſticis inſuſurrationib. in plebis animos ſimulq; ex perditis cum Pontifice reconciliationibus confirmatur. Exitus verò horum ſcelerum & euentus, bonorum ſunt ciuium cædes: Inuadentium pręda, ſi quid valere poſſent, quod Deus auertat, eſt nobilium exhæredatio, reliquorumque ciuium tam initiatorum quàm non initiatorum nefaria direptio: eorum tamen ciuium dico, qui ſubductis officij rationibus, tam ſacrato Dei verbo, quàm Sacramentis, religioſis ſponſionibus, obſeruantia & incunabilis ſuis, ſe obligatos ſentiunt, ſine vllius periculi exceptione, vt Auguſtiſſimã Principem, coniuges, liberos, familias, & vno nomine patriam omnem ſartã tectamq; à malis omnib. quoad poſſint & pro facultate ſua omni, conſeruent.

Nunc

Nunc igitur hos excutiamus, imbelles & ſimplices, vt appellantur, ſiue literatos, ſiue togatos, ſiue ſacerdotes, vnaq; diſcamus ab ijs, cur patriam ſuam primò reliquerint? Deinde, cur cum ipſis harum conſpirationum ducibus, ſiue Romę, ſiue alibi vſpiam familiariſſimè vixerint, ijſdem criminibus infames, & vt luculentis veſtigiis expreſſum eſt, totius ſceleris rei reſpondeant, cur occultis itineribus illapſi in regnum, in latebris ſe & latibulis verſutè occultent, immutatis nominibus, inſignibus, & ipſa apparatus forma? Cur callidis & inſidioſis ſuis conſiliis, turpibusque monitis plebem allexerint, vt Pontificios hos impetus, & nefarios conatus, tam pręteritos, quàm futuros, aſſiduitate, ſtudio & opera comprobarent, eaq; omnia ſe pro legitimis & ratis habituros. Cur tot ciues à legibus patriis, à fide & obſeruantia in Principem, ad Pontificias partes traduxerint, cur acerbiſſimũ Principis & regni hoſtem, quemq; norant iam antea Reginam noſtram ſceleratis ſuis ſcriptis, quantum in illo fuit, exhæredaſſe, ciues in eandẽ rebelles & ſeditioſos incitaſſe, regnaq; ſua hoſtilem in modũ, armis & ferro inuaſiſſe, tam impiè defende-

rint? Itemq; à perſonatis iſtis & inermibus exploratorib. vlterius exquiratur, quid deprehenſi de *Pij Quinti* Bulla reſponderint, quæ ita perſcripta & publicata eſt, vt à Regina abiudicaret regnũ, & ciues ab ea deficiẽtes odioſiſſimis ſuis chyrographis, à violatæ fidei periculo liberaret.

Sex rationes, quib diſtinguantur togati & ſcholares à proditorib.

Primò, num ſenſerint & neceſſariò parendũ iis Bullis eſſe, & ex earum autoritate à Principe quàm primùm deficiẽdum? Secundò, num Principem noſtram cenſerent legitimam regni Reginam eſſe, cõtrà, quàm in iis Bullis perſcriptum eſt? Tertiò, num licuit Romano Põtifici ex iure & legibus diuinis, mandare Northumbrienſi & Veſtmerlandienſi Heroibus, primis borealis defectionis ducibus, cæterisq; ciuib. qui eiuſdem ſceleris affines erant, vt armati inuaderent patriam, eamque diriperent (quod ſimul eſt ab illis factum) vel *Sandero*, natiuo ciui, ſed fero & perdito ſacerdoti licitè præcipere, vt ſumptis armis vexaret & vaſtaret Hiberniam? Quartò, num Romanus Pontifex ſiue domeſticos noſtri regni, ſiue externos aliorum principũ ciues, à iureiurando, fide & obſeruantia in principes ſuos, ſumma cum impunitate, liberare poterit?

terit? Quintò, num rebellis ille ſacerdos *Sanderus*, & proditor non minus infamis, iamq; in trāſmarinis regnis errans *Briſtoûs*, rectè an ſecus Bullam hanc ſcriptis ſuis cōprobarint? Poſtremò, quid faciendū cenſerent, ſi vel Pontifex ipſe, ſiue quis à Pontifice inſtitutus irrumperet in regnum, vt idem diriperet, quibus ſe partibus adiūgerent, & quò bonorum ciuiū animos inflectendos eſſe ſtatuerēt? Quibus irretiti quęſtionibus, quæ vtiq; veri & falſi certiſſima ſunt fundamēta, & fidem à perfidia perfacilè diſtinguunt, iſti inermes & literati proditores, nihil quidem volebant ſimpliciter & aptè reſpondere, quod in Rep. bene inſtituta ciues boni nunquā recuſarent. Qui vt recuſaſſent, pro more regni noſtri, & ex legibus reſpōdere, cū eo ipſo iuſtè poſſent cōdemnari, non ſunt tamen huius pertinaciæ facti rei, ſed prioris vitæ, tā foris, quàm domi in cōſpirationibus ſęditioſis cōſumtę, & in lucē pro tribunali extracti, tot ſunt proditionis & tam fœdis maculis cōſperſi, vt neminē quidem vel horū, quos recēſui, paulò antè, vel in Iudam ipſum, qui itē inermis erat, expreſſior vlla nota illuſtrioris ſceleris poſſit quoquo modo imprimi. Nā

Trucidātur rei ob lęſam regnimaieſtatē, non ob Dei religionem.

perſonati iſti, ſiue ſcholares, ſiue ſacerdotes, cùm maximos vſus ſummasque familiaritates, ſeditioſis illis cum rebellibus foris contraxiſſent, omniaq; perdidiciſſent, quę in curſu horum ſcelerum tractanda & ſuſcipienda eſſent ex Pontificiis mandatis, tum, cùm armis plena eſſent omnia, id eſt, in ipſa ciuilis belli flamma, ſecretò & tectè relabuntur in regnum, vt Pontificij exploratores, tanquam nuncij, qui ferrent & referrent omnia, ſimulque plebis animos præparent, vt inſtructi eſſent ſemper & parati, ad coniungendas cum ijs vires, qui aliunde & foris, ad inuadendum regnum eſſent immiſſi, in ſpargendis identidem ſuperſtitioſis fecibus minimè ocioſi, vnaque infundentes in omnium animos perditiſſimas contra Principem patriasque leges & iura, opiniones, inflammatis ad pernicioſos conatus malorum ciuium animis, omniumq; omnes in partes inflexis & tentatis intimis ſenſibus, nihil vt ab iis vel pro principe, vel in principem fraudis, prætermiſſum videretur.

Poſtremò, vt confecto volumine quodam, in quo nomina, vires, habitationes, & familias expreſsè perſcriberent eorum, qui

qui parati ad defectionem, cum tranſmarinis impreſſionibus vires ſuas coniungerent. Nimirum hæc ſeditionis acta, hæc Pontificia ſeruitus, hoc iuuandorum proditorum tam acre ſtudium cùm foris, tum domi contractum, hæc, inquam, illa ſunt, quæ tetræ proditionis reos hos fecerunt, non volumina, non libelli, non precum formulæ, non feriæ, non Eccleſiæ Romanæ cærimoniæ, non conſecrata cæra, nec è Pontificiis quiſquiliis præterea quidlibet, vt concludi rectè poſſit, iis ſicut teterrimis proditoribus regniq́ue hoſtibus, pœnas capitales impoſitas eſſe, licèt inermes, licèt ſine telis ſint comprehenſi, nec quoquam vnquam armati contra Principem proceſſerint.

Iam verò, ſi hic Epilogus, & tam diligens præmiſſarum rationum repetitio, linguas, ſpiritus, & venenatas voces non conſtringat, nec obſtruat eorum, qui tam fœdis opinionibus erroribusq́ue rapiuntur, vt ſceleratas coniurationes conſpirationesq́; in Principem & patriam tueantur, armaq́ue ciuilia comprobent, omnium rerumpublicarum ipſum venenum, hos præpotentis Dei ęternis iudiciis aſſeruandos cen-

ſco, vt exitioſum tamen ciuium genus, nec ſibi magis, quàm reipub. noſtræ fatale, quippe cùm oculos à luce, aures à veritate, à ratione mentem auerterint, vt rectè
Pſal. 58. 5. in eos diuinaſſe Pſalmus videatur. *Loquuntur mendacium, venenum eſt illis ſimile veneno ſerpentis, ſicuti aſpidis ſurdæ obturantis aurem ſuam.*

Quin lapſus eſſem longius, niſi me retinuiſſem, vt piè igitur & Chriſtianè concludatur, ſi infidi iſti coniuratores & rebelles, vſq; eò iam tandem commiſereri velint ſanctæ patriæ, vt paululum ruminent ſecum, quàm fruſtra tumultus iſtos hoſtiles commouerint, quàm fruſtra prodierint in aciem, quàm fruſtra pilis & gladijs ſuis depugnauerint, vnaq; quàm multi ſuorum varijs calamitatum generibus conſumti, ignominiosè perierint, quàm nulla cœpta, conſilia, inſtituta, vel propoſita ſua, ad eos exitus, quos ſperarent, peruenerint, vt nihil ſuperſit cauſſæ, quin optima cum ratione & quàm primum, à tam perdito furore deſiſtant, & ab omni hac externa fraude piè ſe ac religiosè expient, ſiq; petulantes illi *Seminarij*, qui in tenebris errant & vagantur, pertimidi ſemper & ſuſpicãtes omnia, in lu-

in lucem velint & ſolem prodire, ad verũ diſciplinæ ſcholarumq; ſuarum vſum totos ſe immutantes, atq; humiliter demiſſeque in Principem & patriam ſe gerentes, omiſſis ſimul ineptijs illis ſuis penè anilibus, itēq; ſi cohors illa tota *Seminariorum*, quæ linguæ, facultatis, & ingenij ſui vires omnes, multos iam annos eò contulerit, vt probra, conuitia, & turpiſſima mendacia, perſcriptis libris in Auguſtiſſimam Principem, fœdiſſimè depromeret, ſi hæc inquã, retexta prioris vitæ tela, ad caritatem, obſeruantiam, & fidem in Principem atque patriam ſe reſtituat, non ſolùm hæc Chriſtianè & optabiliter ab illis fierent, ſed nec dubitandum quidem quoquo modo cenſeo, quin Auguſtiſſima, pro placabilitate mirifica & diuina clementia ſua, nõ ſolùm auidè ſiſtat manus de reliquo, à ciuiũ fundendo ſanguine, quo remedio impulſa eſt ad ſe cõſeruandam vti, ſed & omne beneficentiæ genus, quod quidē in bonos ciues à principe generoſa & potēte proficiſci poterit, ſumma cumindulgentia cumulatè ſit & plenè collatura. Sin in prioris vitæ inueterato odio ſceleratè perſtiterint, tum quidē vota facienda, vt cõtinuato regno, & ad

Dei timorem, verumq; eiusdē cultum piè ſtabilito, quod diuinitus iam diu factum eſt, quàm longiſſimè eodem perfruatur Regina, tam ad frangendos horum perditorum flagitioſos impetus, cùm domi tum foris, quàm ad tuendos conſeruandoſque bonos patriæque amantes ciues, in eoſque purè ſancteque ad veram Chriſti religionem inſtructos, ſumma in pace, & quàm diutiſſimè regnet.

Sexcenta poſſent alia colligi, ad quamplurima Auguſtiſſimæ principis inuenta, & publica munera exornanda, quæ quum ſanctè à Maieſtate eius, & ad communem regni diſciplinam prudenter ſancirentur, horum tamen *Seminariorum* infamibus libellis mirabiliter ſunt fœdata, & contagioſiſſimis turpificati animi ſignis inuſta. Sed illa, vt nunc quidem eſt, miſſa facio. Hæc item quæ fuſius ſunt dicta, vt acta Reginæ noſtræ, tanquam in bono lumine, tam foris quàm domi proponerentur publicè, & vt teſtata expreſſè veritate, minus cum aduerſarijs haberemus negotij, hæc inquam, æquis iudicibus, quorum permagnum numerum, & perilluſtrem fidem eſſe

eſſe ſpero, ad Auguſtiſſimæ Reginæ noſtræ res geſtas aperiendas, in eo tamen duntaxat genere de quo iam diximus, abundanter, vt confido, & vberrime ſufficient.

ESDRAS IIII.

Magna eſt veritas, & prævalet.

DE SVMMA EORVM CLEMENTIA, QVI HABENDIS QVÆSTIONIBUS prę fuerant, contra proditores quosdam, deq; tormentis quæ in eosdem ob PRODITIONEM, non ob RELIGIONEM, expromta sunt.

M D LXXXIIII.

37 - 2

LECTORI.

ETSI, *cariſsime Lector, moderata illa, mitisq; in adminiſtranda republ. Reginæ noſtræ forma, qua in regnando eſt hactenus vſa, ipſa per ſe vbertim facileq; reſpondet omnium probris, quæ in Maieſtatem eius non ſceleratè magis, quàm falsò ſparguntur quotidie, de vi, de tormentis, de cruciatibus, quæ ſupra omnem barbaricam feritatem, quidam perditi latrones fingunt, ab ipſius Maieſtate nuper in pauculos proditores expromta eſſe, quod conuitiandi genus ortum ab ijs furioſis authoribus exceptum eſt poſtea, à ſacratis ſcilicet illis* Ieſuitis *&* Seminarijs, *vt idem illud, ijdem ipſi literis, ſcriptis, & famoſis libellis ſuis, tam in tranſmarinas Regum Aulas foris, quàm domi in vernaculorum ciuium aures immitterent: vt ſatisfiat tamen tibi in his rebus paulo plenius, ſi quid fortaſsis, quod non ſuſpicor, adhuc dubites, ego cum experto quodam honeſto item, & ingenuæ naturæ viro contuli, qui cùm toto in hoc genere eſſet inſtructiſsimus, eoq; ipſo ſummam haberet contra hæc tetra conuitia teſtificandi facultatem, tum idem ille non dubitat coniunctim ſimul cum aliquot alijs, qui hæc*

eadem non minus nouerant, in ijs ipſis propugnandis, atque tuendis, quàm primùm & contra quoſcunq;, exiſtimationem fidemq; ſuam opponere. Vtque hæc eadem maiorem fidei vim obtinerent, ecce tibi hæc ſubtexta, quæ vt omnibus ſine dolo innoteſcerent, in publico, tanquam in arce Mineruæ, proponenda cenſuit.

DE

DE SVMMA CLEMENTIA IN HABENDIS QVÆSTIONIBVS & tractandis torturis adhibita.

DE Eculeo igitur, eiuſdemque torturis, & quemadmodum eadem ſint à nobis applicata aduerſus patrię quoſdam parricidas, qui ſe Catholicos haberi volunt ac nominari, pro vero aſſeritur, pro certoq; , ſi res ita ferat, probabitur, nihil eſſe actũ ſecus, quàm ſequentibus in ijs lineis ſubiungitur. Primùm, genus tormentorũ ipſum totum ad eã puniendi torquendiq; metam nunquã peruenisſe, ſi acerbitas pœnæ iuſtè excutitur, quæ à famoſis illis libellorũ artificib. mandatur publicis monumentis, ad omnemq; poſteritatem malitioſiſſimè propagatur. In primisq; ſignifer ille & præcipuus huius factionis Dux *Campianus*, qui ab aula Romana inſidioſè in hoc re-

gnum immiſſus, & latuit vbiq; ad cõficiendos mercatus ſuos turpib. in antris ſumma cum fraude, & tanquam crepidatus ganeo, ne fortè agnoſceretur ex veſte perſæpe oberrãs per plurima regni territoria, teterrima ſparſerat ad cõmouendos ciuiles tumultus venena, ad idemq; detexendũ ſcel⁹ à fonte illo Pontificio, tanquã à capite, aſſiduã operã nouumq; ſupplementũ non rarò aſſciuerat, in quo etiã ibidem ante acceſſum ſuũ in has partes admodũ vafrè & verſutè operam ſuam poſuerat, procurata iam ad tegendas malorum ciuiũ conſcientias licentia Pontificia, qua ꝑmiſſum illis eſt, eo adhuc manẽte regni noſtri ſtatu, vt ſe ad publicos mores & cõmunem regni diſciplinã componerẽt, maturo verò iã vlcere, ſic vt ipſa Bulla qua Pontifex Romanus Reginã noſtrã Auguſtiſſimã exhæredauerat, licitè & pleno iure poſſet publicari, coniunctis iam tandẽ proditorũ virib. reliqui in ſpeculis ab illo diſpoſiti, à principe ſine mora deficerent: idẽ hic inquã *Campianus*, antè quàm cum literatis quibuſdam & eruditis viris religionis cauſſa contulerat, in quo ab ijs certamine admodũ Chriſtianè tractabatur, nullis torcularis cruciatib. ſic diſrumpebatur vnquam, quin

ſtatim

ſtatim ab illis tormentis ſolutus, & ingredi poſſet & ſcribere, ſimulq; iis, quæ confeſſus eſſet, habitis iam quęſtionib. ſubſcripſit, ſicut ab ipſis manus ſuæ exẽplis perſpicuè planeq; conſtat. Hoc itẽ in genere & alia fertur fabula, non minus celebris ſermone, quàm ipſo auditu horribilis, de *Briãto* quodam fame penè necato, qui eò impulſus eſt, ſubtracto cõmeatu, vt & glareæ cruſtis, de pariete cubiculi ſui erutis, veſceretur, & aquam pluuialẽ per canales à tectis delapſam potaret. Rẽ primo aſpectu omni immanitate admodum plenam, re aũt ipſa, totam nugatoriã, & ex meris figmẽtis turpiſſimè concretã. Cùm ita ſe res habeat, quicquid in hoc famis genere pertulerit *Briantus*, illud ſe totũ ſponte ſua & obduratiſſimo animo pertuliſſe, cõtra expreſſiſſimã eorũ voluntatem, qui cõmercium in hac cauſa cum illo haberent. Nam cùm quædã in cuſtodia ſua ſcripta haberet, cõſperſa ſceleratis proditionibus, & reipub. ruinas horribiles minãtia, quæ reipub. item permultũ interfuit, vt ad viuũ excuterentur, vel cõferendis exẽplis, vel alio ſumpto quocunq; præſidio, quo ad expiſcandam & expediendam veritatem facilius peruenireturꝫ mãdatum eſt illi principis nomine, vt manu,

ſua perſcriberet quippiã, quacunq; de cauſa, & pro arbitratu ſuo, vt libuerat maximè: licetq; ea in principis mandato vis includatur, vt parere ſit officij, & non parere contra officium, nullo tamẽ modo eò poterat perduci homo mitis, vt vel literã vnam ſcriberet, cùm id poſſet etiam pulcrè ſatis & ſcienter facere. Ex quo iniunctum Londinenſis arcis miniſtris eſt, vt eſca, potus, cæteraq; vitæ neceſſaria, quæ ſcripto ſuo requiſiuerat aliquando *Briantus*, paratè præberentur, quę autem per ſcriptum ſuum non rogaret, ea illi ſubtraherentur omnia. Cuius etiã mandati certior factus *Briantus*, & propterea requiſitus ſæpe à cuſtode ſuo, vt nõ recuſaret ſcribere, præfracto tamen in hoc propoſito perſtitit ad biduũ, maluitq; neceſſariis alimẽtis penitus carere, quàm à mente ſua immani diſcedere, donec vrẽte iam fame, & ipſe petebat per ſcriptum quæ volebat, & à cuſtode facilè cuncta & copioſè præbebantur. Atq; vt de iis duob. hęc liquent, ſic & de aliis multis eadẽ affirmari poſſunt. Hoc item adiuncto, præcipuam quandã in hoc genere tormentorũ curam ſemper habitã eſſe, & propterea vigilibus & cuſtodib. arcis, quorũ hoc eſt propriũ eculeum & torcular tractare, ab iis ipſis,

iis ipsis, qui habendis quæstionibus præfuerant, prudenter & cautè summaq; cum cura præceptum est, ne quò progrederentur in sumendis pœnis longius, quàm pro causæ acerbitate Christiana caritas pateretur.

Secundò, affirmamus similiter, quod & probaturi etiã sumus, si id à nobis exigatur, à *Seminariorum* nemine, nec à quocunq; Catholici ordinis alio quoquã, qui ob crimina quæcunq; eculeo sunt impositi, vel aliis torturis vllis vexati, vnquã in torturis suis exactũ esse, vt ad cõscientię aut religionis causas vllas respõderent, vel vt fidei reliquiq; Christianæ doctrinę instrumẽti rationes vllas deponerent, tanquã exẽpli causſa, quid de Missa ipsa, quid de Sacramẽtis, quid de similibus sentirent, sed illis solùm quæstionibus vrgebantur, cũ quo hominũ genere vel foris vel domi se consociarent: quę inuẽta, proposita, & formas, in rep. gerenda, sequerentur: quid in principis personã, rem, vel statũ moliẽtur. De legibus itẽ publicis quid statuerent, tollendas ne quæ ad religionẽ confirmandam valerent, an retinendas easdem censerent. Tum quid de *Pij Quinti* Bulla sentirẽt, cùm ipsi, tum etiam quid aliis sentiendũ esse præcepissent, vnaq; de Pontificia illa in omnes

principes iurisdictione quid præscriberent, qua principes nonnullos regnis suis insolenter & turpiter mulctauerat, in primisque & nominatim quo vsque Pontificiam illam in Reginam nostrã perscriptam Bullam probarent: de ciuiũ à principibus suis defectione quid opinarẽtur. In quibus tamen omnibus exaggerãdis politicum potius illũ, quàm religiosum interpretandi morem secuti sumus, hoc est, nullis cuiquã iniectis habenis, nisi iis solùm, quæ reginæ pro regni sui natiua hæreditate potius, quam pro iurum alio vllo vel edictorum vel legum traderentur. Quibus quidem interrogatis & quæstionibus omnib. nec *Campianus* ipse, qui eius factionis princeps erat, nec eius ipsius sectæ quisquam alius, planè & simpliciter respondebat vnquam, sed per deuia quædã callidè progredientes, quærebant vsitatas proditoribus latebras, conscientiarũ suarum aculeo, ad Pontificiã Bullã, quæ ciuib. nostris omnibus, ad tempus obseruandæ Reginæ nostræ formulas quasdã, admodũ veteratoriè, præscripserat, cautissimè semper asseruato.

Exempli causa, si ab iis quæreretur, num se fatereẽtur regni nostri ciues esse, ipsiq; Reginæ nostræ, cùm sibi, tum aliis parendum cense-

cẽnſerent: annuebant ſtatim, nec eo in genere obſeruantiæ recuſabant quicquã, hoc tamen verſutè vel perfidè potius in Reginã adiecto, quod ſibi ſic ad tẽpus Pontifex Romanus permiſerat. Sin vlterius vrgerẽtur,& adiũctis pauculis immutaretur paululũ ipſa quæſtio, vt, ſi prohibente Romano Pontifice,& ab hoc in Reginam noſtrã officio illos retrahente, num in eodẽ officio tũ perſiſtendũ ſibi ſtatuerent: confeſtim vel parere Reginæ recuſabant, vel obſtinatè reſpõdebant nihil, vel ad tertiũ profugium deuolabãt, ita ſe aſtrictos ea quæſtione teneri, vt eidẽ non poſsẽt omnino ſine periculo ſummo reſpõdere. Quod reſponſi genus, hanc videtur in ſe vim cõplecti, tãdiu ſe ſuosq; in reginę noſtræ poteſtate fore, quamdiu idem illud ſibi ſuisq; bona cum Põtificis Romani venia tenere permitteretur. Ipſoque pro tribunali, cùm rei eſſent, in eosq; publicè ageretur aliquid, mirificum eſt, quàm laborarẽt, quàm ſudarent, vt in aſtantis plebis animis cõſtantem opinionem infigerent, relicto tanquam venenato ibidẽ aculeo, ſe morti deſtinatos, nõ propter ſeditioſos tumultus, non propter cõſpirationes, ſed propter ſacra, propter religionem diuinumq; cultũ, teterrimè morti

addictos, ſublatis item artificiosè ſtatim, vt conſcientiæ ſuæ teſtibus, ſummis clamoribus, bonos ſe ciues eſſe, & in debita erga principē fide obſeruāter ſe perſiſtere. Quo tuendi ſui artificio attoniti ferè Reginæ cōſiliarij, eruditi, & in legibus periti, quorum in eiuſmodi cauſſis opera cōtra hoſtes ſuos principes noſtri ſolent vti, tāquam repetitis ſuperioribus argumētis, requirebāt vt punctim & ſine mora atq; vno verbo reſponderent, num etiam prohibēte Romano Pontifice permanendū ſibi in eadem obſeruantiæ formula planè & præcisè exiſtimarent? Omnes conticeſcunt, tanquā teſtes in ſe temeritatis ſuæ, vnuſq; *Campianus* pro ſodalitate ſua tota infert, nō habere eam Curiam, quæ apud nos tamen honoris cauſſa *Regia Sella* dicitur, & in qua ipſe *Campianus* cum ſocijs ſuis reus fieret, in Romanum Pontificem iuriſdictionē vllam, nec licere de ſanctitatis illius, apud nos, ſumma autoritate, forum agi quoquo modo. Nec ab ea ſe tanquam ara paſſus eſt dimoueri, nec vlterius voluit reſpondere quicquam.

Tertiò & illud affirmo, huius ſodalitatis neminē in torcular aut eculeū impoſitūvnquā eſſe, vel ob proditionē, vel ob proditionis

nis ſocietatẽ, niſi in quẽ iam antea luculẽtis indicijs cõſtiterat, eundẽ, ſine exceptione vlla, & reum eſſe, & earũ poſſe rerũ quibus vrgeretur occultiſſima quæq; myſteria aperire, licèt impudẽter & obſtinatè recuſaret, vt nullus iã dubitandi locus requiratur, quenquam vnquã vel cõiecturis, vel incertis ſuſpicionibus ad eculeũ aut ad alia tormenta à nobis perductũ, quod in id inquirendi genus perfacilè cadat, vt innocẽs, quod natura ipſa exhorret, iniuriosè poſſet torturis imponi, & ſæuiſſimis cruciatibus vexari.

Quartò, non minus perſpicuum illud eſt neminẽ horum vnquã cruciatum vllũ pertuliſſe, niſi idem ille tanquã *Zeno Eleates* vel apertè, vel ſuſpiciosè prius gloriatus eſſet, omnia ſe prius ꝑpeſſurũ, quàm conſcios indicaret, licèt ad id vel principis expreſſo mandato vrgeretur. Si quis item horum tũ cùm quęſtiões haberẽtur, ingenuè cõfeſſus eſſet, vel prorſus ſe eorũ quæ obijcerentur ignarũ fuiſſe, vel eadẽ ſibi penitus excidiſſe, eaq; pro Chriſtianorũ more verbis conceptis & religioſis affirmaſſet, id genus reſponſi excipiebatur pro vero, niſi Inquiſitoribus id etiã prius cõſtitiſſet huiuſmodi reũ, cõtra luculẽtam veritatẽ turpiter eſſe mentitũ. Sin re-

ſpondiſſet enunciata à ſo veritate, ob futurũ fortaſſis Catholico alicui, atq; ita in Chriſtia nã caritatẽ delinquere, quod eſt graue item apud eos peccãdi genus, nec principi licere vt mãdet cuiq; peccare, & ꝓpterea quantũcunq; hoc in genere inſtaret Regina, nolle tamẽ eò perduci, vt earũ rerũ, quæ ſciret, ipſam veritatẽ quoquo modo aperiret, idem inquã ille, ob hanc verborum formã, & ductus eſt ad eculeũ, & torturis cruciatus eſt.

Quintò, & illud perilluſtre eſt, hanc puniẽdi formam tã ſpiſsè à nobis, tam lentè & tam cunctanter eſſe ſuſceptã, adhibitis perſuadendi conſilijs omnibus, quibus ad enũciandam veritatem, torquẽdi poſſent facilimè perduci, primùm obſeruãtiæ, fidei, officijq; omnis in principem, tum etiam Chriſtianæ in ſe membraq; ſua caritatis, quam illis curam Deus ipſe commẽdaſſet, vt quicunq; his tormentis aliquãdo interfuerint, eos neceſſe ſit fateri, ab ipſis torquẽdi miniſtris ſummam moderationem retentã eſſe, apteq; ex Auguſtiſſimæ principis formulis, quas Maieſtas eius, in ijs ſumẽdis pœnis illis pręſcripſerat, quã itẽ perennis Deus ob tantam clementiã, pro pari clementia ſua ſemper defendat, eſſe ab ijſdem ſuſceptam.

Ex

Ex quibus omnibus planum fit & perſpicuum, cùm ex iure gentiũ ſemper licuerit, etiã in cauſſis minus periculoſis, quęq; reip. Maieſtatem incolumitatemq; minus etiam attingerent quæſtiones habere, eculeis, tormẽtis, & cruciatib. omnis generis, ad exprimendam veritatẽ & ad frangendos malorũ ciuiũ conatus vti, in ijs ipſis tamen ſumẽdis pœnis, ad quas Auguſtiſſima contra tam acerbos hoſtes tã cunctanter acceſſit, vtrunque ab animo generoſo agnoſcẽdum eſt, & mitis cæleſtiſq; in tam clemente principe mentis ingenuitas, & probroſa quorundam in ſpargẽdis mẽdacijs conſuetudo, qui vt fauorẽ ſtudiumq; ſuũ in perditos & rebelles ciues ſolerter explicẽt, non recuſant diuinã hanc in Regina noſtra regnandi formã falſis colorib. petulãter oblinire, aſperſiſq; fœdis maculis dehoneſtare, quòd exquiſita & acerba quædam ſupplicia exprompſiſſet in eos, contra quos cùm nihil poterat tetrè, nihil crudeliter fieri, omnia tamen manſuetè ſunt in eos & clementer, tum inſtituta, tum perfecta.

FINIS.

HH 49/28

(4904

5

Perfect

Roman Quantch/

J.S. Ferguson

15 V. 1919




THE FOLGER SHAKESPEARE LIBRARY